# B. IOANNIS DUNS SCOTI

# QUAESTIONES SUPER LIBROS METAPHYSICORUM ARISTOTELIS

## LIBRI I–V

*Edited by*

R. ANDREWS, G. ETZKORN, G. GÁL, R. GREEN,
† F. KELLEY, † G. MARCIL, T. NOONE, R. WOOD

GRABMANN-INSTITUT der Universität München

The Franciscan Institute
St. Bonaventure University
St. Bonaventure, N. Y.

1997

## [QUAESTIO 1

### UTRUM PROPRIUM SUBIECTUM METAPHYSICAE SIT ENS IN QUANTUM ENS VEL DEUS ET INTELLIGENTIAE]

De isto autem obiecto huius scientiae ostensum est prius[1] quod haec scientia est circa transcendentia; ostensum est autem quod est circa altissimas causas. Quod autem istorum debeat poni proprium eius obiectum, variae sunt opiniones.

Ideo de hoc quaeritur primo utrum proprium subiectum metaphysicae sit ens in quantum ens (sicut posuit AVICENNA[2]) vel Deus et Intelligentiae (sicut posuit Commentator AVERROËS[3].)[a]

---

[a] *Sequuntur adnotationes interpolatae*: Nota quod, secundum ALIQUOS[4], ens est ibi subiectum vel obiectum sicut illud de quo ibi determinatur per se et primo et per omnem modum. Sed substantia, sicut de quo determinatur per se et primo, sed non per omnem modum; accidens, sicut de quo determinatur per se sed non primo; privationes et negationes, sicut nec per se nec primo nec per omnem modum sed solum in attributione ad primum subiectum quod est ens. Unde et substantia et accidens et privationes et negationes sunt magis partes subiecti quam subiectum.

Nota quod, secundum communiter loquentes, ens est hic subiectum in quantum est commune ad decem praedicamenta, et non in quantum est commune ad omne ens, sive reale sive rationis sive privativi, quia talia non cadunt per se sub scientia reali, cuiusmodi est metaphysica. Etiam si ens secundum totam communitatem esset hic [subiectum], haberet causam sui esse et per consequens omne ens et etiam Deus, quia quod est subiectum scientiae, oportet quod habeat causam sui et partes etc. Hoc autem est impossibile, ergo etc. Intelligitur ergo de ente creato, quia tale habet causam sui esse tantummodo.

5 isto] illo A | autem *om.* DFM *add.* subiecto vel A | huius] istius DM 6 haec scientia *om.* L | transcendentia] altissimas causas E | transcendentia – circa *om.* L | est autem] a. e. BE | autem] enim C | quod] quae H' *restit. lin.* $H^2$ | $est^3$ *om.* B 7 altissimas causas] transcendentia E 8 eius] *ante* proprium A *post* obiectum E | obiectum] subiectum BM | variae *post* opiniones C 9 Ideo] Item M | de hoc *om.* G | utrum] *adnot. mg.* Quaestio 1 $A^2B^2C^1F^1H^3$ [Q.] 6 *mg.* $L^2$ | proprium *om.* BGH | subiectum] obiectum A 10 in quantum ens] *mg.* $E^2$ *om.* BH | posuit] ponit M 11 posuit *post* Commentator CL ponit M *om.* GHK 12 Nota – quam subiectum] *scrip. in cap. col.* $H^2$ *om. rell.* ρυ 19 Nota – tantummodo] *scrip. in imo f.* $H^2$ *om. rell.* ρυ

[1] Cf. supra prol. n. 16-18.
[2] **Avicenna**, *Metaph.* I c. 2 (AviL 12).
[3] **Averroës**, *Metaph.* IV com. 1 (ed. Iuntina VIII f. 30*vb*); *Physica* I com. 83 (ed. Iuntina IV f. 22*vb*).
[4] **August. Triumphus**, *Metaph.* lib. IV q. 2 (ed. A. Zimmermann p. 20): "... ista scientia considerat ipsum ens in quantum ens primo et principaliter et per omnem modum tanquam subiectum".

1 Quod neutrum, probatio: [1]

De subiecto scientiae oportet notum esse 'si est' et 'quid est', secundum PHILOSOPHUM I *Posteriorum a* et infra cap. illo[5] "Difficile autem est nosse". Sed in ista scientia nec de Deo notum est si est vel quid est, nec de ente quid est; ergo etc.

2 Minor habet tres partes. Probatio primae[6] dupliciter:

Primo, sicut probat eam AVICENNA, I *Metaphysicae* cap. 1 *b*[7], 'quia Deum esse non est per se notum', cum concludatur ex effectibus, — VIII *Physicorum*[8], et XII *Metaphysicae*[9] — 'nec est desperatum cognosci, quia signa habemus de eo'. Et etiamsi sit desperatum, tunc non praecognoscitur nec inquiritur eius esse in alia scientia, nec morali nec doctrinali, et sic de aliis. Igitur inquiritur eius esse in ista scientia.

3 Secundo probatur eadem pars minoris sic: in II huius[10], probat ARISTOTELES statum esse in causis efficientibus. Probat igitur primam causam efficientem esse; illa est Deus.

4 Probatio secundae partis minoris[11] dupliciter: tum quia Deus non habet quid, secundum AVICENNAM VIII *Metaphysicae*, cap. illo[12]

---

1 probatio] probo BK 2 scientiae *om.* B | esse] *ante* notum DFM *om.* A | est] *lin.* $K^2$ 4 autem *post* est DF *om.* C | nosse] *add.* etc. ABE | nec] non (*post* notum) E | notum est] *ante* de DF | vel] *add.* etiam E 5 ente] *add.* etiam B | $quid^2$ est *om.* H | ergo *om.* C 6 partes] *lin.* $L^2$ | primae] *add. lin.* partis $B^2$ 7 Primo *post* eam H *post* sicut K | sicut] sic L | probat *post* eam ADFM | I] II K | 1] 2 G 8 effectibus] effectu secundum L 9 XII] II GH XI DE | est *om.* K 10 de eo] Deo A | desperatum] *add.* et G 11 alia] aliqua K | morali ... doctrinali] doctrinali ... morali DFM 12 Igitur] *add. lin.* non $L^2$ | ista] hac E illa K | scientia] *add.* ergo non est subiectum in ista scientia H *add.* et sic non est hic subiectum K 13 minoris *om.* G 14 Aristoteles] Philosophus DFM | esse *om.* EFM | causis] *add.* et A 15 primam *post* efficientem A *om.* F | esse] *ante* efficientem H | illa] ista BDGH 16 Probatio – partis] Probatur secunda pars GHK 17 illo] primo CEGM

[5] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 1 (AL $IV^4$ 285; A c. 1, 71*a* 11-12): "Dupliciter autem necessarium est praecognoscere; alia namque, quia sunt, præexistimare necesse est, alia vero, quid est quod dicitur, intelligere oportet"; et c. 9 (AL $IV^1$ 23; A c. 9, 76*b* 12-20).

[6] I. e. de Deo non est notum si est.

[7] **Avicenna**, *Metaph.* I c. 1 (AviL 4-5): "Sed utrumque falsum est, quoniam impossibile est ut sit quaesitum in alia, eo quod aliae scientiae vel sunt morales vel civiles vel naturales vel doctrinales vel logicae ... In nulla autem earum quaeritur an sit Deus, quia non potest hoc esse ut in eis quaeratur ... Igitur aut est manifestum per se, aut desperatum per se, quod non potest manifestari ulla speculatione. Non est autem manifestum per se, nec est desperatum posse manifestari, quia signa habemus de eo".

[8] **Aristot.**, *Physica* VIII t. 4-9 (AL $VII^1$ 278-280; Θ c. 1, 251*a* 8-*b* 10).

[9] **Aristot.**, *Metaph.* XII t. 30 (AL $XXV^2$ 211; Λ c. 6, 1071*b* 12-20).

[10] **Aristot.**, *Metaph.* II t. 5-13 (AL $XXV^2$ 37-39; α c. 2, 994*a* 1-*b* 32).

[11] I. e. de Deo non est notum quid est.

[12] **Avicenna**, *Metaph.* VIII c. 5 (AviL 405.411): "Opus est ut repetamus verbum de hoc quod certitudo primi est ipsi tantum et nulli alii ... Iam igitur manifestum est quod primus non habet genus nec quiditatem nec qualitatem nec quantitatem nec quando nec ubi nec simile sibi nec contrarium, qui est altissimus et gloriosus, et quod non potest fieri demonstratio de eo, sed ipse est demonstratio de omni quod est, immo sunt de eo signa manifesta".



"Opus est ut repetamus. Sed primus non habet genus nec quiditatem, nec definitionem, qui est altissimus et gloriosus"; — tum quia si haberet quiditatem, illa non est praecognita in hac scientia, quia secundum PHILOSOPHUM II huius cap. 1[13]: "Sicut oculus nycticoracis ad lumen diei , sic animae nostrae intellectus ad ea quae sunt omnium naturae manifestissima".[b]

[2] Probatio tertiae partis minoris[14] dupliciter: tum quia ens est aequivocum, sicut dicit PORPHYRIUS cap. 'De specie'[15]: "Si quis omnia entia vocet, aequivoce nuncupabit" (et de hoc amplius infra, quando quaeritur de univocatione entis, IV huius[16]); — tum quia si sit univocum, est communissimum, nec habens genus, nec differentiam, et per consequens nec definitionem (definitio enim indicat quid). 5

Item, ad principale: omne subiectum habet passiones de ipso demonstrabiles, secundum PHILOSOPHUM I *Posteriorum*, ubi supra[17]; nec Deus nec ens est huiusmodi; ergo etc. 6

---

[b] *Sequitur textus interpolatus*: Tum[18] quia COMMENTATOR dicit I *Metaphysicae* cap. 18*a*[19]: definitio signat res terminatas in definito. Nihil in Deo est terminatum, quia omnino infinitum est.

1 repetamus] *add.* genus DF *add.* 8 CEGM | Sed] Si igitur H *om.* AG 2 nec – quiditatem *om.* C | definitionem] distinctionem G 3 est] esset (*lin.* $D^2$) $D^2$LM 4 Philosophum II *om.* AF | 1] 6 B | nycticoracis] *add.* se habet BFH 5 ad – manifestissima] etc. G | lumen] *add.* solis B | diei] solis A | ea *om.* F | sunt] *add.* in ADFLM | omnium] = Hρυ omnino BE omni CK *om.* ADFLM 6 naturae] natura ACFLM 7 minoris *om.* F 8 sicut] secundum quod B | dicit *om.* A 9 nuncupabit] *add.* non univoce ADFM 10 quaeritur] quaeretur CEHK 11 est] erit H *om.* G | nec] non GK | et *om.* ABGHKL 12 definitio – quid *om.* BH | enim] quia *ante* definitio EF *om.* GK 13 omne *om.* BE 14 secundum Philosophum *om.* CG | ubi supra nec] sed L 15 est *om.* A 16 Tum – est] = ρυ *om. codd. text. sign. mg.* Extra ρυ

[13] **Aristot.**, *Metaph.* II t. 1 (AL $XXV^3$ 43; α c. 1, 993*b* 9-11): "Sicut enim nicticoracum oculi ad lucem diei se habent, sic et animae nostrae intellectus ad ea quae sunt omnium naturae manifestissima".

[14] Videlicet, de ente non est notum quid est.

[15] **Porphyrius**, *Liber praedicabilium* cap. 'De specie' (AL $I^6$ 12; ed. Busse 6. 8-9): "Vel, si omnia quis entia vocet, aequivoce (inquit) nuncupabit, non univoce".

[16] Cf. infra lib. IV q. 1.

[17] Cf. supra n. 1.

[18] **Mauritius de Portu Hibernico** in suis adnotationibus animadvertit (ed. Vivès VII 38*a*): "... ponitur parvum Extra ibi 'Tamen quia Commentator' usque ibi (n. 5) 'Probatio tertiae partis' etc."

[19] **Averroës**, *Metaph.* V com. 22 (ed. R. Ponzalli p. 185): "Definitio enim est finis cum cognitione et esse: quod enim est finis cum cognitione est finis in esse"; *Metaph.* I com. 18 (ed. Iuntina VIII f. 8*ra*): "Sunt autem determinata, quia si non essent sic, tunc generatum non esset determinatum".

7 Probatio primae partis minoris[20]: tum quia passio est extra essentiam subiecti; nihil est in Deo quod non est eius essentia; – tum quia AVICENNA VIII *Metaphysicae*, ubi prius[21]: "Primus non habet qualitatem nec quantitatem" etc., "et non potest fieri demonstratio de eo".

8 Probatio secundae partis minoris[22]: tum quia, ut prius[23], passio differt essentialiter a subiecto; ens est de essentia cuiuslibet; – tum quia passio praedicatur denominative de subiecto, et subiectum de passione non nisi per accidens; ens praedicatur in quid de quolibet, ex IV huius[24].

[3]

9 Item, ad principale: subiectum cuiuslibet scientiae habet propria principia et partes secundum PHILOSOPHUM I *Posteriorum*, cap. illo[25] "Certior autem est scientia"; nec Deus nec ens est huiusmodi; ergo etc.

10 Prima pars minoris[26] patet, cum Deus sit primus et simplicissimus. Probatio secundae partis[27]: quia si ens, in quantum ens, haberet principia, igitur quodlibet ens haberet principia, sicut arguit PHILOSOPHUS I *Priorum* cap. 'De reduplicatione[28]': si iustitia esset bonum in eo quod bonum, iustitia esset omne bonum.

---

1 tum quia] q. t. L 2 subiecti] *add.* et C | est *om.* A | est$^{2}$] sit HK *om.* G *add.* in H | eius essentia] *ante* non H essen. eius DM 3 ubi] ut G | qualitatem nec quantitatem] quan. nec qual. DFM 4 et] *add.* ideo A | demonstratio *post* eo G 5 quia *om.* G | prius] *add.* dictum est HK 6 ens] *add.* autem AFK | est – cuiuslibet] dicitur in quid de omnibus *mg.* K$^{2}$ | de *om.* E | cuiuslibet] cuiuscumque A | tum – subiecto] *mg.* K$^{2}$ 7 denominative *post* subiecto *mg.* K$^{2}$ 9 ex *om.* AC | IV] VIII B 10 cuiuslibet] cuius K 11 propria] prima H 12 est] *ante* autem G *om.* AE | scientia] *add.* sed A | Deus nec ens] ens nec Deus F | est$^{2}$ *om.* A 13 ergo *om.* K 15 in quantum ens *om.* L 16 igitur – principia *post* reduplicatione GHK | sicut] sic BE 17 Philosophus *om.* A 18 eo quod] quantum A | iustitia] tunc A *om.* M

[20] I. e. Deus non habet passiones de ipso demonstrabiles.
[21] **Avicenna**, *Metaph.* VIII c. 5 (AviL 411); cf. supra n. 4.
[22] I. e. ens non habet passiones de ipso demonstrabiles.
[23] Cf. supra n. 7.
[24] Cf. **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 2 (AL XXV$^{2}$ 60-61; Γ c. 2, 1003*b* 5-10).
[25] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 27-28 (AL IV$^{1}$ 60-61; A c. 27-28, 87*a* 31-39): "Certior autem scientia est et prior quaeque ipsius quia et propter quid eadem est... Una autem scientia est quae est unius generis, quaecumque ex primis componuntur et partes aut passiones horum sunt per se. Altera autem scientia est ab altera, quorumcumque principia neque ex eisdem neque altera ex alteris sunt".
[26] Scilicet, Deus non habet principia et partes.
[27] I. e. ens non habet principia et partes.
[28] **Aristot.**, *Anal. priora* I c. 38 (AL III$^{1}$ 79-80; A c. 38, 49*a* 12-25).



Ad oppositum pro ente est ARISTOTELES IV huius in principio[29], ut videtur manifeste ex intentione, quod "aliqua scientia speculatur ens in quantum ens", et illa non est aliqua particularis. AVICENNA libro I *Metaphysicae* cap. 2 *d*[30]: "Primum subiectum huius scientiae est ens in quantum ens". 11

Ad oppositum pro Deo est COMMENTATOR I *Physicorum* commento ultimo[31], dicens: "Qui dicit quod prima philosophia nititur probare entia separabilia esse, peccat: genus enim entium separatorum esse non declaratur nisi in scientia naturali. Haec enim entia sunt subiecta primae philosophiae. Et impossibile est aliquam scientiam probare suum subiectum esse, sed concedit ipsum, aut quia est manifestum per se, aut quia est demonstratum in alia scientia. Unde peccavit AVICENNA qui dixit philosophum primum demonstrare primum principium esse". 12

## [I. – Opiniones aliorum
## A. – Opinio Averrois
### 1. – Opinionis expositio]

[4]

Ad quaestionem istam[32] patet quod sunt opiniones. 13

Una est COMMENTATORIS, quod substantiae separatae, scilicet Deus et Intelligentiae, sunt hic subiectum.

---

1 Ad – ens-4] *mg.* D$^{2}$ *om.* F | pro ente] *exp. lin.* L$^{2}$ | est *om.* H | Aristoteles] Philosophus AE 2 ut] ubi GH | intentione] *add. mg.* dicens D$^{2}$M | quod *om.* A 3 est] erit A | aliqua] alia H | particularis] *add.* deinde ibidem A *add.* et (*mg.*) D$^{2}$ (*lin.*) L$^{2}$M 4 libro *om.* ABCD$^{2}$M | 2] 3 AE | d] dicit (*mg.* D$^{2}$) BLM | Primum *om.* D$^{2}$ 6 Ad] In L | pro] de L | pro Deo est] videtur B 7 commento ultimo *om.* A | dicens] d K *om.* AB | dicit] *add.* enim A 8 separabilia] inseparabilia A | genus – naturali] *ante* Qui AB | enim *om.* AB | separatorum] separabilium G 9 esse *post* declaratur A *om.* DFH | naturali] *add. mg.* non in prima philosophia L$^{2}$ 10 primae philosophiae] phil. p. H | aliquam] istam C 11 ipsum] *add.* (*lin.* E$^{2}$) esse DE$^{2}$F | aut *om.* A | est *post* manifestum H *om.* G 12 manifestum] *add.* de se vel (aut H) GHK | quia *om.* K | est demonstratum] d. e. H | alia] aliqua HL 13 Avicenna qui] Averroës G | dixit] dicit F dicens G | primum] *ante* philosophum DF | demonstrare] praedemonstrare CDGM 14 esse *om.* C 19 Commentatoris] *add.* (*lin.* L$^{2}$) dicentis CL$^{2}$ 20 Deus et Intelligentiae] I. et D. A | sunt] sint D

[29] **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 1 (AL XXV$^{2}$ 60; Γ c. 1, 1003*a* 21-22): "Est scientia quaedam quae speculatur ens in quantum est ens et quae huic insunt secundum se".
[30] **Avicenna**, *Metaph.* I c. 2 (AviL 12).
[31] **Averroës**, *Physica* I com. 83 (ed. Iuntina IV f. 22*vb*).
[32] Cf. infra lib. VI q. 4 n. 4-9.

14 [ARGUMENTA EX AUCTORITATIBUS] – Quod confirmatur primo auctoritatibus ARISTOTELIS. Hic in prooemio[33] probat quod sapientia est speculativa circa prima principia et primas causas ex descriptione sapientiae. Et infra, cap. 3[34]: "Haec scientia maxime divina est, quia est divinorum". Et infra in VI huius cap. 1[35], distinguit ARISTOTELES tres partes scientiae speculativae, dicens: "Physica circa inseparabilia et mobilia; mathematica circa immobilia et inseparabilia; prima vero philosophia circa separabilia et immobilia", cuiusmodi sunt substantiae separatae. Si igitur haec distinctio scientiarum speculativarum sit conveniens, videtur quod sit circa propria subiecta ipsarum. Quia secundum PHILOSOPHUM III *De anima*[36]: "Scientiae secantur ut res", hoc est, sicut subiecta considerata in scientiis.

15 Item, ibidem in VI[37], vocat hanc scientiam 'theologiam', et probat dupliciter: "quia si alicubi divinum exsistit, in tali natura exsistit", hoc est, in immobili et separabili, quam dixit istam scientiam considerare.

16 Secundo probat sic[38]: quia "honorabilissimam scientiam oportet circa honorabilissimum genus esse"; haec est honorabilissima, ut

2 Hic *om.* C | procemio] principio DF | probat] B' probatum est *mg.* $B^2$ 3 prima principia] prin. p. BFL 4 3] *add.* huius BE | est] *ante* maxime C 5 VI huius *om.* C | 1] *add.* dividit vel D *add.* dividit alias F 6 scientiae] philosophiae C | dicens *om.* C | Physica] *add.* esse G *add.* est H 7 et – inseparabilia] *mg.* $M^2$ *om.* GK | mobilia] *add.* et B | immobilia et inseparabilia] insep. et immob. ADF | inseparabilia] separabilia A | prima vero philosophia] metaphysica E' *restit. mg.* $E^2$ | prima – separatae] *mg.* $M^3$ 8 separabilia et immobilia] i. et s. E | cuiusmodi] quae K 9 distinctio] divisio ADFM | scientiarum speculativarum] scientiae speculativae A 10 videtur] ut L | sit] *add.* conveniens K | ipsarum] earum CE 11 secundum Philosophum *om.* A | res] *add.* etc. G 12 hoc] huiusmodi K | sicut *om.* E 13 Item] *text. sign. mg.* (*hic et infra* n. 115) '.T.' $E^1$ | hanc] istam DFM | theologiam] theologicam GH | et] quod *lin.* $B^2$ 14 dupliciter] *add. lin.* primo $B^2$ | alicubi] alicui C | exsistit] exsistat AH | natura exsistit *om.* B 15 hoc est] scilicet BE | est] *lin.* $F^2$ | in] natura E *om.* BKL | immobili] mobili C | et] *lin.* $B^2$ | separabili] inseparabili H | dixit] dicit G 17 probat] probatur BE 18 honorabilissimum genus] g. h. AH | esse] *ante* circa A *add.* sed CDFL

[33] **Aristot.**, *Metaph.* I c. 1 (AL $XXV^2$ 9; A c. 1, 981*b* 29-30): "... cuius autem gratia nunc orationem facimus, hoc est, quod denominatam sapientiam circa primas causas et principia esse videtur".

[34] **Aristot.**, *Metaph.* I c. 2 (AL $XXV^2$ 11; A c. 2, 983*a* 5-8): "Nam maxime divina et maxime honoranda et talis dupliciter ea sola; quam enim maxime deus habet, divina scientiarum est, tamen et si qua sit divinorum".

[35] **Aristot.**, *Metaph.* VI t. 2 (AL $XXV^3$ 126-127; E c. 1, 1026*a* 14-17): "Physica namque circa inseparabilia quidem sed non immobilia; mathematicae autem quaedam circa immobilia quidem sed inseparabilia forsan, verum quasi in materia; prima vero circa separabilia et immobilia".

[36] **Aristot.**, *De an.* III t. 37 (Γ c. 8, 431*b* 24-25); *Auctoritates Aristotelis* (ed. J. Hamesse p. 188): "Scientiae secantur quemadmodum res de quibus sunt scientiae".

[37] **Aristot.**, *Metaph.* VI t. 2 (AL $XXV^2$ 118; E c. 1, 1026*a* 20-21): "... theologia (non enim non manifestum quia si alicubi divinum exsistit, in tali natura exsistit)".

[38] **Aristot.**, *Metaph.* VI t. 2 (AL $XXV^2$ 119; E c. 1, 1026*a* 21-23): "... et honorabilissimam scientiam oportet circa honorabilissimum genus esse".



probatum est in I[39], et genus substantiarum separatarum honorabilissimum; ergo etc.[c]

[5] Praeterea, confirmatur positio COMMENTATORIS ratione sic: 17

Substantiae separatae non sunt nobis omnino ignotae, cum de ipsis "multa signa habeamus[40]"; igitur cognitio earum traditur in aliqua scientia; non naturali vel mathematica, igitur in ista, cum sint tantummodo tres partes scientiae speculativae, ex VI huius[41].

Item, omnis scientia considerans aliqua multa attributa ad aliquid unum primum, maxime considerat illud primum tanquam proprium subiectum ad quod alia attribuuntur, ut dicit PHILOSOPHUS IV huius cap. 1[42]: "Ubique primi proprie est scientia, ex quo alia dependent, et propter quod dicuntur"; sed prima causa est ad quod omnia entia attribuuntur; igitur de primo maxime proprie est ista scientia, ut de subiecto. 18

## [2. – Responsio ad rationes principales ad mentem Averrois]

[6] Secundum istam opinionem respondetur ad rationes. 19

[RESPONSIO PRIMA AD PRIMAM PARTEM MINORIS] – Ad primam[43]:

[c] *Sequitur textus interpolatus*: Item, I *De Generatione* cap. 1[44] "De his quantum decet" (vel convenit); dicitur "de immobili quidem principio alterius est, et primae dividere philosophiae opus" etc.

1 in I] *ante* probatum C | separatarum *om.* A *add.* et G 2 etc. *om.* B 3 Praeterea] Item AGHK Primo L | confirmatur] *add.* haec A | ratione sic] s. r. CEG 4 nobis omnino] o. n. BCDELM 5 ipsis] eis A | multa signa] s. m. E | earum] eius E 6 non *post* naturali B *add.* in BE | ista] illa K | tantummodo] tantum FGHK 8 omnis *om.* CL | attributa] *mg.* $D^2$ *om.* F 9 maxime *om.* DFM 10 subiectum] obiectum A | quod] *add.* omnia BE 11 Ubique] Ubicumque K *om.* CG *add.* vero DF | primi *post* proprie DFHM primum C *om.* AH 12 dependent] dependeant F dependet G | et – dicuntur] etc. G | dicuntur] Deum H' *restit. lin.* $H^2$ | ad – attribuuntur] huiusmodi BG 13 entia] *add.* alia H | de – subiecto *om.* B 17 Secundum] Quantum ad C | istam] illam HK | rationes] *add.* (*mg.* $E^2$) in contrarium $DE^2F$ 19 Item *om.* ρυ | Item – etc.] = Jρυ *om. rell. text. sign. mg.* Extra ρυ 20 quidem principio] p. q. ρυ | dividere philosophiae] p. d. ρυ

[39] Cf. **Aristot.**, *Metaph.* I c. 2 (AL $XXV^2$ 11; A c. 2, 983*a* 5-8).

[40] Cf. supra n. 2.

[41] **Aristot.**, *Metaph.* VI t. 2 (AL $XXV^2$ 117-118; E c. 1, 1026*a* 18-19).

[42] **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 2 (AL $XXV^3$ 68; Γ c. 2, 1003*b* 17-18): "Ubique vero proprie primi est scientia, ex quo alia pendent et propter quod dicuntur".

[43] Cf. supra n. 1.

[44] **Aristot.** *De gener. et corrupt.* I c. 3 (AL $IX^1$ 18; c. 3, 317*b* 34–318*a* 7): "De his igitur, quantum decet... Horum autem de immobili quidem principio alterius et primae dividere est philosophiae opus"; hic **Mauritius de Portu Hibernico** notat (VII 38*a*): "... ponitur in aliquibus originalibus quoddam parvum Extra ibi 'I De generatione' usque ibi (n. 17) 'Praeterea confirmatur' etc."

BMANN. der

quod minor est falsa quoad utramque partem. De Deo enim naturaliter et secundum se notum est si est.

Et ad probationem in contrarium[45], dicitur quod Deum esse desperatum cognosci non est, nec quaesitum in alia scientia, nec in ista secundum se, quamvis quoad nos fiat notum ex effectibus, sicut procedit ratio. Potest enim aliquid secundum se notius, fieri nobis notum ex aliis nobis notioribus.

Per hoc ad secundam probationem[46] patet. Illa enim demonstratio in II non procedit nisi ab effectu, sive ille effectus sit medium naturale sive metaphysicum. – Aliter ad secundam probationem dicitur quod in II huius non ostenditur 'esse' de Deo, sed ostenditur status de causis efficientibus. Et quamvis haec duo[47] convertantur, tamen unum potest esse praecognitum in scientia et aliud ostensum, sicut definitio et passio subiecti convertuntur, et tamen unum est medium demonstrandi aliud.

20 [RESPONSIO SECUNDA AD PRIMAM PARTEM MINORIS] – Aliter videtur COMMENTATOR respondere, commento ultimo I *Physicorum*[48], quod Deum esse non ostenditur nisi in scientia naturali. Et si ad hoc ostendendum fiat aliqua ratio in ista scientia, hoc non est nisi assumendo aliqua ex ostensis in scientia naturali, sicut per expositionem eius patet II huius, commento 6[49], ubi exponit demonstrationem ARISTOTELIS de statu in causis efficientibus, ubi dicit: "Declaratum est in naturalibus quod omne motum habet motorem", et totam rationem pertractat de movente et moto.

1 partem] *add.* quae falsa de Deo A 2 et *om.* A | secundum] per E 4 desperatum] *add.* separatum K | non est *om.* G | nec quaesitum] q. nec F | alia] ista F | ista] illa K alia F 5 se] *add.* et haec prima pars minoris A | quamvis] *add.* tamen A 6 nobis *post* notum CLM *om.* DF 8 patet] *ante* ad A 9 in II *om.* C | effectus] *lin.* $E^{2}$ *om.* B 10 metaphysicum] mathematicum H 12 de] in H | causis] omnibus G *add.* omnibus K | quamvis] licet E | convertantur] *mg.* $M^{2}$ 13 in] *add.* aliqua A | ostensum] *add.* est K | sicut] sic D 14 et] *add.* propria DF | unum *om.* F | medium] principium E' *restit. lin.* $E^{2}$ 17 respon-dere] *add.* in AGHK 18 quod] quia E 19 ista] illa K | hoc] haec H 20 aliqua] alia E | in scientia *om.* C 21 commento 6] commento 3 G 22 de statu] *lin.* $E^{2}$ | statu in *om.* A 24 movente] motore F

[45] Cf. supra n. 2.
[46] Cf. supra n. 3.
[47] Scilicet, 'Deus' et 'causa prima'.
[48] **Averroës**, *Physica* I com. 83 (ed. Iuntina IV f. 22*vb*): "Et qui dicit quod prima philosophia nititur declarare entia separabilia esse peccat. Haec enim entia sunt subiecta primae philosophiae, et declaratum est in *Posterioribus Analyticis* quod impossibile est aliquam scientiam declarare suum subiectum esse, sed concedit ipsum esse, aut quia manifestum per se, aut quia est demonstratum in alia scientia. Unde Avicenna peccavit maxime cum dixit quod primus philosophus demonstrat primum principium esse".
[49] **Averroës**, *Metaph.* II com. 6 (ed. Iuntina VIII f. 15*ra*).



[7] Per hoc patet ad primam probationem[50], quia Deum esse quaesitum est in scientia naturali, non in ista. – Et ad secundam[51]: quia illa demonstratio II huius procedit ex medio naturali, videlicet ex ratione moventis et moti, non autem ex medio metaphysico.

[RESPONSIO TERTIA AD PRIMAM PARTEM MINORIS] – Tertio modo 21
responderi potest ad istas duas probationes[52] quod bene potest aliqua scientia demonstrare suum subiectum esse, et hoc a posteriori, sicut in libro *Elenchorum*[53] demonstratur syllogismum sophisticum esse per simile. Et similiter PRISCIANUS libro *Constructionum*[54], ostendit orationem constructam esse per similem modum habendi syllabarum ad dictiones, et dictionum ad orationes. Tamen nulla scientia demonstrat suum subiectum esse demonstratione propter quid et a priori.

Ista tertia responsio concordat cum prima[55]; declarat enim 22
secundam partem[56] eius. Similiter, non videtur facere nisi ad secundam probationem[57]. Unde cum requiratur praecognitio subiecti ante totam scientiam, – quam praecognitionem nulla responsio ponit nisi prima –, sola illa est sufficiens ad utramque probationem[58]. COMMENTATOR enim tantum fugit, si ponit Deum esse tantum nobis praecognitum ex aliquo medio naturali. Si autem ponit Deum esse simpliciter praecognitum ex tali medio, et hic praesuppositum in quantum sit

1 probationem] *add.* eius B | quia] quod DFH 2 quaesitum est] e. q. BEL | non in ista] *mg.* $E^{2}$ *om.* B | ista] illa K 3 quia] quod DEM | illa] ipsa B ista F prima G | procedit] *mg.* $H^{1}$ | videlicet] scilicet K 4 metaphysico] mathematico E 6 responderi potest] p. r. AGH | duas] tres FM *om.* GK | potest² *post* demonstrare F 7 suum subiectum] sub. s. A | sicut] ut *mg.* $L^{2}$ | in – Priscianus] *mg.* $L^{2}$ 8 demonstratur] probatur A demonstrat F *om.* $L^{2}$ | esse] *add.* et hoc AB | per simile] a simili A 9 similiter *om.* $L^{2}$ | libro] *add.* (*lin.* $E^{2}$) primo $DE^{2}F$ 10 esse] *lin.* $H^{2}$ *ante* constructam GK 11 et *om.* B 12 demonstratione] demonstrationis L 13 responsio] ratio H 15 praecognitio] prima cognitio EFM 16 scientiam] substantiam C 17 sola] scientia F | illa] ista E | utramque probationem] p. u. E | probationem] propositionem (*lin.* $H^{2}$) $BH^{2}$ 18 enim *om.* A | si] sed G subponit C | ponit] ponat *lin.* $M^{2}$ | esse *post* praecognitum F | tantum²] *ante* Deum A *om.* D | tantum nobis] simpliciter C 19 aliquo *om.* DF | aliquo – ex *om.* K | ponit] ponat EM | Deum *om.* DF | esse *om.* E 20 hic *om.* G | praesuppositum] praesupponitur C

[50] Cf. supra n. 2.
[51] Cf. supra n. 3.
[52] Cf. supra n. 2-3.
[53] **Aristot.**, *Soph. elenchi* I c. 1 (AL $VI^{1}$ 5; c. 1, 164*a* 23-25).
[54] Cf. **Priscianus**, *Institutiones grammaticae* XVII c. 1 (ed. Hertz II 108): "... quemadmodum litterae aptae coeuntes faciunt syllabas et syllabae dictiones, sic et dictiones orationem".
[55] Cf. supra n. 19.
[56] I. e. Deum esse non est quaesitum in alia scientia.
[57] Cf. supra n. 19. 3.
[58] Cf. supra n. 19. 2-3.

cognitum, igitur scientia naturalis simpliciter erit prior istá, quia notissimo hic est aliquid ibi simpliciter notius.

23 [RESPONSIO AD SECUNDAM PARTEM MINORIS] — Ad aliam partem minoris[59] de 'quid est' dici potest quod licet non habeat 'quid' quod exprimitur per definitionem, quia tale 'quid' est limitatum (cum omnis differentia definiens habeat differentiam oppositam — omne autem habens oppositum est limitatum), tamen sicut Deus habet essentiam illimitatam, ita habet 'quid' illimitatum. Primo modo[60] potest exponi auctoritas AVICENNAE praeallegata[61], cum dicat "nec quiditatem" etc., et subdit: "non habet definitionem", et hoc loquendo de definitione proprie dicta, quae est ex genere et differentia, quae a Deo removetur superius in eodem capitulo. Per hoc patet ad primam probationem[62]. [8]

24 Ad secundam probationem[63], sicut prius de 'si est' secundum primam responsionem[64]: esse Dei est naturaliter praecognitum in ista scientia secundum se, licet non quoad nos; ita de quid est. Potest tamen utrumque a posteriori in hac scientia manifestari, sicut dicit tertia responsio[65]. Illa autem propositio II huius[66] "sicut oculus nycticoracis" etc. concludit de notitia quiditatis quoad nos, non simpliciter. Utrum tamen illa similitudo debet intelligi quoad impossibilitatem, sicut QUIDAM[67] exponunt, vel quoad difficultatem, sicut dicit

1 scientia] *add.* illa EH | naturalis] *mg.* $B^2E^2$ | erit] est (*ante* simpliciter F) BCEF'HL | ista] illa K 2 ibi *post* simpliciter BE sibi M | notius] *ante* simpliciter A necessarius H' *restit. mg.* $H^2$ 3 partem] partis G 4 est] *lin.* $E^2$ *om.* B 5 exprimitur] exprimatur H | est] erit H' *restit. lin.* $H^2$ 6 definiens] differens BGK | differentiam] aliam sibi F | habens oppositum] o. h. L 7 habet essentiam] e. h. B 8 ita] *lin.* $K^2$ sic F 9 dicat] dicit ACDEF | nec] non H | et *om.* G 10 et *om.* H | hoc *om.* CH | de *om.* L 11 differentia] *add.* vel quia K | quae² *om.* B *add.* etiam A | removetur] removet AB 12 capitulo] tertio H | probationem] responsionem A 13 Ad secundam probationem *om.* G 14 responsionem] rationem GHK | esse] omne G *om.* A | Dei *om.* AG | est *om.* G 16 tamen *om.* K | manifestari] demonstrari A | tertia] prima G *add. mg.* vel prima $M^2$ 17 propositio] *ante* autem B | nycticoracis] *mg.* $H^2$ 18 etc. *om.* F | notitia] *mg.* $B^2$ 19 tamen *post* illa GHK autem *lin.* $L^2$ | illa] ista BF | debet] debeat DF 20 exponunt] exponit B | vel] aut M | quoad] ad DF

[59] Cf. supra n. 4.
[60] I. e. Deus non habet quid quod potest exprimi per definitionem.
[61] Cf. supra n. 4.
[62] Cf. supra n. 4.
[63] Cf. supra n. 4.
[64] Cf. supra n. 19.
[65] Cf. supra n. 21.
[66] Cf. supra n. 4.
[67] **Thomas**, *Metaph.* II lect. 1 (ed. Parmen. XX 298*b*-299*a*); *Summa theol.* I q. 84 a. 7 in corp. (V 325*b*).



COMMENTATOR[68], dicetur loco suo[69]. Unde sicut ipse exponit eam, non est multum hic contra opinionem eius.

[9] [AD SECUNDUM PRINCIPALE] — Ad secundam rationem principalem[70] DICITUR[71] quod Deus habet multas proprietates, ut esse appetibile, esse immobile, esse perpetuum, et primum movens et huiusmodi. Haec autem posterius aliquo modo concipiuntur secundum se quam essentia Dei absolute, quia dicunt respectum ad extra. 25

Ad primam probationem[72]: quod non oportet semper proprietatem esse aliud essentialiter ab illo cuius est, licet hoc semper sit in creaturis, ubi, propter imperfectionem, habens non est quidquid habet; unde est in eo[73] compositio actus cum potentia. In Deo autem omnes perfectiones, exsistentes illimitatae, sunt idipsum quod essentia eius, propter summam simplicitatem, tamen quaelibet ratione differt ab essentia. Et talis differentia sufficit ibi inter proprietatem et subiectum, sicut in creaturis differentia realis. — Ad auctoritatem AVICENNAE[74] "non est de Deo demonstratio", potest exponi: quia non per causam priorem. Vel sic: non per definitionem eius quae sit medium, quia "non habet definitionem[75]". 26

1 Commentator] *add.* (*mg.* $E^2$) libro II quaestione 3 $DE^2M$ | loco suo] s. l. ABE 2 hic *om.* G | contra] circa B | opinionem eius] e. o. BE 3 secundam] aliam C tertiam H 5 esse immobile] *mg.* $E^2$ | esse² *om.* G | perpetuum] *add.* et huiusmodi L 6 aliquo] *lin.* $E^2$ | modo] *lin.* $E^2$ *om.* A | secundum] per GHK | se] esse M 8 quam] *add.* se M | probationem] *add. mg.* dicendum $H^2$ | quod *om.* A 9 proprietatem esse] e. p. B | aliud essentialiter] e. a. DF | illo] eo EH | semper sit] sit s. K 10 propter] semper G | quidquid] quodlibet AK quidlibet GL *add.* quod L 11 eo] ipso F | cum potentia] et potentiae A | In Deo] Ideo L 12 exsistentes] *add. mg.* in Deo sunt $L^2$ | sunt] *add.* sicut H | idipsum] ipsum idem A ad ipsum C | quod] *add.* est H 13 summam] *add.* eius A 14 essentia] *add.* eius F | proprietatem] proprietates BCEL 16 potest] debet E 17 non *om.* DG | definitionem] distinctionem H | sit] est B

[68] **Averroës**, *Metaph.* II com. 1 (ed. Iuntina VIII f. 14*ra-rb*): "... id est, cum difficultas comprehensionis entium est duobus modis, rectum est ut difficultas in rebus, quae sunt in fine veritatis, scilicet, in primo principio, et in principiis abstractis a materia sit ex nobis non ex illis ... Sed hoc non demonstrat res abstractas intelligere esse impossibile nobis".
[69] Cf. infra lib. II q. 2-3 n. 51-79. 86-94.
[70] Cf. supra n. 6.
[71] Cf. **Bonav.**, *Sent.* I d. 8 pars 1 dub. 1 (I 162*a*): "Dicendum quod divina essentia eo modo est distinguibilis quo modo habet proprietates ... quia quamvis in se non sit distinguibilis per plurificationem sui nec a persona per diversitatem, est tamen distinguibilis respectu essentiae creatae, respectu cuius habet has proprietates"; **Henricus Gand.**, *Summa* a. 19 q. 1 ad 4 (I f. 116L): "pro tanto dicuntur accidentia, quia modum habent accidentis in quantum sunt praeter intentionem entis in quantum ens est ..., et sic quasi accidentia in hac scientia circa subiectum eius quod est Deus considerata sunt sapientia, bonitas, et caetera divina attributa et proprietates divinae".
[72] Cf. supra n. 7.
[73] Videlicet, in ente habente imperfectionem.
[74] Cf. supra n. 7.
[75] Cf. supra n. 23. 4.

27 [AD TERTIUM PRINCIPALE] – Ad tertiam rationem principalem[76]. Ad maiorem dicendum quod non oportet quodlibet subiectum habere principia priora se, sed principia proprietatum per quae suae proprietates sibi inhaereant, si de ipso sit demonstratio propter quid. De Deo solummodo est demonstratio quia. Et ideo loco talium principiorum sumuntur effectus pro medio, per quos concludimus perfectionem Dei de Deo tanquam per medium notius nobis.

28 Quod autem dicit PHILOSOPHUS[77] subiectum habere principia et partes, verum est ut in pluribus, non tamen est de necessitate subiecti scientiae. Posset enim forte de unitate esse demonstratio mathematica, quamquam sit primum in genere suo et indivisibile, et ita in illo genere nec habens principia nec partes. [10]

29 Aliter potest dici quod 'subiectum scientiae debet habere principia' intelligendum est de principiis complexis, cuiusmodi sunt praemissae demonstrationis. De omni enim subiecto scientiae potest aliquid probari in aliqua propositione quae potest sumi pro praemissa in demonstratione de tali subiecto. Et de tali principio primo oportet praecognosci quia est, hoc est, quia verum est, I *Posteriorum a*[78]. Et infra, cap. illo[79] "Non est ex alio genere", enumerat subiectum et passionem[80]. Et prius dicit[81]: "Unum autem dignitates". Et idem vult cap. illo[82] "Difficile": "Omnis[83] scientia demonstrativa circa tria est: genus et quae

1 tertiam] illam H | rationem] responsionem K 3 principia] *add.* aliqua D 4 sit] fit F | propter] per C | Deo] *add.* autem A 5 solummodo est] e. s. EF 6 sumuntur] sunt A | Dei *om.* G 7 notius nobis] nobis n. H 8 principia et partes] partes et p. A 9 non tamen] t. n. A 10 demonstratio] *add.* in F 11 quamquam] *add. mg.* ipsum $L^{2}$ | sit primum *post* suo F | primum] principium EGHKL 14 complexis] compositis L 15 praemissae] principia BDE | subiecto] *add.* illius A 16 probari] demonstrari A praedicari DLM | pro] *mg.* $F^{2}$ 17 demonstratione] *add.* et H | $de^{2}$ *om.* GK | principio] *add.* loquitur Aristoteles I Posteriorum ubi dicit quod de principio A 18 praecognosci] primo cognosci L cognosci M | I Posteriorum *om.* A | Et *om.* C 19 illo] illud K septimo conclusione 8 ibi M | est *om.* A | alio] quo L | passionem] passiones E 20 Et *om.* DFM | dicit] dicens M | Unum] *add.* unde C | illo] *add.* sive id est H 21 Difficile] *add.* dicens DFM | scientia demonstrativa] d. s. AH | est] *ante* circa A *add.* primum DF | genus] *add.* subiectum DFM | quae *om.* C

[76] Cf. supra n. 9.
[77] Cf. supra n. 9.
[78] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 1 (AL $IV^{4}$ 285; A c. 1, 71*a* 11-12); *Auctoritates Aristotelis* (ed. J. Hamesse p. 311): "Dupliciter aliqua necessaria est praecognoscere, scilicet quia est et quid est"; cf. supra n. 1.
[79] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 7 (AL $IV^{4}$ 293; A c. 7, 75*a* 39).
[80] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 7 (AL $IV^{4}$ 293; A c. 7, 75*a* 42-*b* 2): "Tertium autem genus subiectum, cuius passiones et per se accidentia ostendit demonstratio".
[81] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 7 (AL $IV^{4}$ 293; A c. 7, 75*a* 42).
[82] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 9 (AL $IV^{4}$ 295; A c. 9, 76*a* 26).
[83] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 9 (AL $IV^{4}$ 295-6; A c. 9, 76*b* 11-16): "Omnis enim demonstrativa scientia circa tria est, quae et esse ponit (haec autem sunt genus, cuius per se passionum speculativa est), et quae communes dicuntur dignitates, ex quibus primis demonstrant et tertium passiones, quarum unaquaeque quid significet accipit".



communes dicuntur dignitates et tertium passiones". Talia autem principia possunt habere effectus illius subiecti de quo est demonstratio pro terminis suis. Sufficit enim ad tale principium quod statim cognoscatur cognitis terminis. Et tale principium potest esse aliquod ad demonstrandum aliquid de Deo.

### [3. – Opinionis improbatio
### a. – Contra opinionem in se]

[11] Contra istam positionem. 30

Secundum PHILOSOPHUM I huius in prooemio[84]: sapientia est certissima scientia; certior autem est scientia 'propter quid[85]' quam 'quia', ex I *Posteriorum*[86]; ergo metaphysica, quae est proprie sapientia, secundum PHILOSOPHUM hic in I[87], est scientia propter quid. De Deo autem non est scientia propter quid ut de primo subiecto, et nulla scientia considerat Deum ut causam, cum nihil causat necessario secundum veritatem, – quidquid sit de ARISTOTELE; igitur neutro modo consideratur Deus in aliqua scientia, nec ut effectus, nec ut principium complexum, certum est; igitur nullo modo, ut concedit responsio ad tertiam rationem[88].

1 dicuntur *post* dignitates A dicantur BE *om.* G | dignitates] *add.* secundum M | tertium passiones] p. t. DF | Talia] Alia G 2 principia] *add.* vel G | illius] istius F 3 Sufficit – principium] Ad t. e. p. s. C | Sufficit – terminis] *mg.* $M^{2}$ | ad *om.* L 4 cognoscatur] cognoscitur HK *mg.* $M^{2}$ | esse *post* aliquod DFM *om.* C | aliquod] *add. mg.* principium $G^{2}$ 5 ad] *lin.* $B^{2}$ | aliquid] quid FM | Deo] subiecto AB vel subiecto H 8 positionem] opinionem AH 9 est certissima] c. est K 10 autem *om.* K | quam] *add.* (*mg.* $L^{2}$) scientia $AL^{2}$ *add. ultra* (*mg.*) propter $L^{2}$ | quam quia *om.* H 11 ex *om.* A | est *post* sapientia H 12 secundum – I *om.* G | hic *om.* C | I] prooemio DF principio M *add.* huius C 13 De – quid] B' (*text. sign. mg.* Vacat $B^{2}$) Sed nulla scientia est de Deo $AB^{2}K$ | scientia – modo-2 *om.* L | quid] *add.* (*seu rep.*) sed nulla scientia est de Deo H | ut – modo-2] *mg.* $B^{2}$ *om.* CGM | de *om.* $B^{2}$ 14 et] quia *mg.* $H^{2}$ | causam] causat H | cum] tamen H' *restit. lin.* $H^{2}$ | causat] causet A 16 consideratur] *lin.* $H^{2}$ | Deus] de Deo A *add.* ut subiectum F | effectus] efficiens (*mg.* $B^{2}$) $AB^{2}$ | $nec^{2}$] vel HK 17 modo] *add.* hoc exemplari(?) de Deo autem non est scientia propter quid H

[84] **Aristot.**, *Metaph.* I c. 2 (AL $XXV^{2}$ 9; A c. 2, 982*a* 9-21).
[85] Quia Scotus saepe loquitur de scientia 'quia' et 'propter quid', ideo non semper signamus istas orationes signis commemorationis ('...').
[86] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 27 (AL $IV^{4}$ 316; A c. 27, 87*a* 31-33): "Scientia autem est certior quam scientia et prior quae est ipsius quia et propter quid eadem, sed non separatim est ipsius quia quam ea quae propter quid, et quae non est de subiecto quam ea quae de subiecto..."
[87] **Aristot.**, *Metaph.* I c. 2 (AL $XXV^{2}$ 9; A c. 2, 982*a* 5-21).
[88] Cf. supra n. 27.

31 Et hoc probatur: certum est quod nihil de Deo scitur per causam priorem ipso. Si autem causa accipiatur pro medio respectu alicuius concludendi de Deo, aut illud concludendum est proprietas absoluta Dei, ut sapientia, potentia, aeternitas, immutabilitas et huiusmodi; aut dicens respectum ad extra, ut appetibile, primum movens, prima causa et huiusmodi. Sive sic sive sic, oportet illud demonstrabile de Deo esse idem essentialiter ei, eo quod nihil aliud est verum de ipso. Sed illud quod est idem essentialiter Deo, non habet aliquid aliud a se prius naturaliter ipso – causa autem est aliud a causato et prius naturaliter ipso –, igitur nihil quod est in Deo potest de ipso aliquo modo per causam ostendi, nec per causam quae sit causa in essendo, nec inhaerendo, quia neutro modo potest esse aliud ab ipso et prius naturaliter. Sed si aliquid tale demonstratur de Deo per effectum, non est demonstratio propter quid, sed quia, ex I *Posteriorum*[89].

32 ‖ Sed ista ratio non movet. Si[90] enim prius naturaliter et aliud potest esse medium sciendi posterius naturaliter et aliud, hoc non est in quantum 'hoc aliud', quia hoc accidit, sed in quantum 'hoc', sicut est aliud, ita prius naturaliter et prius notum secundum se, et illud posterius. Sed ita est invenire in proprietatibus vel attributis divinis, igitur etc. [12]

1 Et – ratione (*fin.* n. 33)] *text. sign. mg.* cancellatur $A^1$ cancellatur usque ibi 'contra Commentatorem' $B^2F^1$ | probatur] probat B *add.* sic ABE | est] *lin.* $H^2$ *add. lin.* enim $H^2$ | nihil] non G | de Deo *post* scitur AGHK 2 accipiatur] accipitur BGHKLM | pro medio *om.* G | respectu alicuius concludendi] ad concludendum aliquid A 3 Deo] *lin.* $B^2$ | proprietas] propter A 4 ut] prout G | aeternitas] *add.* et B | et huiusmodi *om.* DF 5 dicens] Deo H' *restit. lin.* $H^2$ | prima – huiusmodi] etc. G 7 esse idem] i. e. B | ei] illi BEH Deo F 8 idem essentialiter] e. i. AGM | aliquid *om.* H | aliud *om.* GL | a] ad L 9 ipso – ipso *om.* G 10 est in] inest ABH | ipso$^2$] illo A Deo BE 11 per causam *om.* B | causam] *lin.* $E^2$ | ostendi] demonstrari F | nec *om.* H | per causam$^2$ *om.* AGHKL 12 nec] vel G *om.* H *add. lin.* in $B^2$ | inhaerendo *om.* H | modo] G' primo operatione *mg.* $G^2$ | ipso] eo A | et] nec F 13 Sed *om.* ABGK | aliquid] quid BEH | tale] aliud A | demonstratur] demonstretur AEFG demonstraretur HK | Deo] *add.* tale A | per effectum *ante* demonstratur BCDLM 15 Sed – etc.] *rep. ante* n. 31 H *om.* BG *text. sign. mg.* Extra $A^1E^1H^1S^2$ *text. sign. lin.* Vacat H | ista] illa HK | ratio] responsio C *add. mg.* vel responsio $M^2$ 17 hoc *om.* KM *add.* est DF 18 aliud] *add.* et A | ita] *add.* est DEFM 19 illud] istud F | Sed] *lin.* $E^2$ | vel] et M

[89] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 13 (AL $IV^4$ 299; A c. 13, 78*b* 10-12): "Etenim in his ipsius quia, non ipsius propter quid demonstratio est".

[90] Cf. infra n. 131 ubi dicitur: "...secundum illam *additionem* quae superius posita est... si prius naturaliter et aliud potest esse medium sciendi posterius..."; in suis adnotationibus **Mauritius** habet (VII 38*b*): "... in aliquibus originalibus ponitur tota prima ratio usque ibi (n. 34) 'Item contra Commentator(!)' esse Extra vel Additio, in aliquibus vero solum illa littera (n. 32) 'Sed ista ratio non movet' etc. usque ibi (n. 33) 'Responsio quod una proprietas' etc."



Alia responsio: una proprietas Dei est prior aliá ratione. – Contra: haec differentia non sufficit ad rationem causae, nec ad prioritatem, nec ad medium demonstrationis. Prima duo patent ex dictis; tertium propter petitionem, quia idem respectu sui diversimode consideratum potest esse prius et posterius ratione. ‖ 33

Item contra COMMENTATOREM: Deo et Intelligentiis non videtur esse aliquid commune univocum, quia tunc illud in eis distingueretur differentiis, et ita Deus posset definiri. Igitur non potest una scientia esse de Deo et de Intelligentiis, ut de subiecto, quia "una scientia est unius generis", I *Posteriorum* cap. illo[91] "Certior" etc. 34

Item, aliud subiectum ponendum est in metaphysica, sicut ostendetur[92] etiam per COMMENTATOREM quando tangetur opinio AVICENNAE. Non igitur Deus, quia non possunt esse duo prima subiecta eiusdem scientiae. 35

[13] Ad illa[93] igitur quae videntur facere pro COMMENTATORE solvenda, notandum quod scientia non solum dicitur esse circa aliquid tanquam circa subiectum principaliter consideratum, sed etiam circa causas subiecti. Sicut in *Physica* tractatur de natura, quamvis nec COMMENTATOR nec AVICENNA ponat naturam esse subiectum illius scientiae, sed aliquid cuius natura est principium. Similiter, in libro *De anima* tractatur de definitione animae et passionibus et partibus eius, quamvis subiectum illius scientiae ponatur corpus animatum cuius anima est principium. Similiter, in logica tractatur de 36

1 Alia] *lin.* $K^2$ Igitur A *om.* G *text. sign. mg.* ab illo cancellata $F^1$ | responsio] *lin.* $K^2$ | est prior] p. est F 2 differentia] *add. mg.* rationis $D^2$ | ad prioritatem nec *om.* G 3 medium] modum BGHKM | dictis] *add. lin.* ac $D^2$ | tertium] secundum BG 4 petitionem] participationem K' *restit. lin.* $K^2$ 5 potest] prius A 6 non] nihil H *om.* G 7 videtur esse *om.* G | aliquid] *ante* esse BF aliquod G | tunc *om.* A | illud] idem KL 8 distingueretur] distinguitur A 9 esse] *ante* una GK *ante* scientia H | subiecto] *mg.* $K^2$ 10 est] *lin.* $L^2$ | generis] *add.* subiecti M | illo *om.* G 11 aliud subiectum] s. a. H | ponendum est *post* metaphysica F 12 ostendetur etiam] e. o. AF 13 duo] *add.* ut genera vel A | prima subiecta] s. p. A 15 illa] ista F 16 dicitur] videtur CDEFLM 17 sed] *add.* est M 18 Physica] *add.* consideratur et A 19 Commentator ... Avicenna] Avicenna ... Commentator DFM | nec$^2$] *add.* etiam A | ponat] ponit B | esse *om.* DFM 20 illius] istius L | scientiae *om.* F 21 Similiter] *praem.* Et DFM | definitione] dispositionibus A | animae *om.* A | et] *add.* de BE | passionibus] passione G 22 et] *add.* de BCDLM | eius] *add.* animae A | illius] istius F | scientiae *om.* D | ponatur] ponitur BEL *add.* esse H 23 animatum] *spat. vac.* G | cuius] *add.* ipsa A | anima est] est a. L

[91] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 28 (AL $IV^4$ 316; A c. 28, 87*a* 38).

[92] Cf. infra n. 68-73.

[93] Cf. supra n. 13-18.

multis quae sunt principia syllogismi, quamvis syllogismus ponatur ibi subiectum principale[94]. Et in libro *Perihermenias* tractatur de nomine et verbo et oratione, quae sunt principia enuntiationis, quae ponitur subiectum illius libri. Ita in aliis.

37 Consimiliter in proposito: circa causas altissimas[95] est consideratio istius scientiae tanquam circa principia subiecti, non autem tanquam circa subiectum principale. Unde habetur in principio VI huius[96]: "Principia et causae quaeruntur entium in quantum entia". Et PHILOSOPHUS, in principio IV[97] huius, ostendit hanc scientiam esse circa ens ex hoc quod est circa primas causas, quia illae causae sunt causae secundum se effectus primi quod est ens in quantum ens.

38 Contra istud: Intelligentiae nihil producunt nisi per motum. Igitur non habent rationem causae nisi moventis proprie dictae. Igitur non dicuntur considerari ut causae nisi solum in scientia naturali.

39 Item, tantum per causam necessariam in causando scitur aliquid de effectu. Deus nullius effectus est talis causa, sed tantum voluntaria, libere agens.

40 Primum argumentum[98] potest concedi. — Item, secunda ratio[99] accipit falsum secundum intentionem PHILOSOPHI qui posuit Deum esse agens ex necessitate naturae, ut dicit Rabbi MOYSES[100].

1 syllogismus *om.* F | ponatur ibi] ibi p. ADFM 3 et *om.* K 4 subiectum *post* libri BE | libri *om.* K | Ita] *add.* et AC 5 Consimiliter] Similiter AL | causas altissimas] a. c. BEF 6 istius] illius C huius H | circa *om.* A | autem *om.* ABE 7 tanquam] sicut A *om.* F | Unde] *add.* sicut H | VI] VIII G 8 entium] entis EM | entia] = GKρυ entis *rell.* 9 Philosophus *post* ostendit G | IV] *lin.* $B^2$ | hanc] istam DF | circa ens] *mg.* $K^2$ 10 hoc] *lin.* $H^2$ | primas] altissimas F | primas – est *om.* K | causas] *add.* et primas F | illae] istae F | sunt *post* se F 11 causae *om.* F 12 Contra – causa (*fin.* n. 57)] *text. sign. mg.* Extra $H^2$ | istud] illud FG | Intelligentiae] Intelligibile G | producunt] produxit G 14 dicuntur] debent (*mg.* $H^2$) $GH^2K$ | solum *om.* DFHM | scientia] philosophia DFM 15 tantum *om.* DFM | necessariam] *spat. vac.* B | scitur] *ante* in C | aliquid] *add.* esse BE 16 de] in BDEFM | Deus] *add.* autem A 17 voluntaria] voluntas *lin.* $B^2$ 18 potest concedi] c. p. A | secunda ratio] secundum argumentum DF 19 falsum] causam B' *restit. lin.* $B^2$ | posuit *post* Deum BE ponit FHM 20 ut] sicut A | Moyses] *add.* cap. ABCEL

[94] Cf. **Duns Scotus**, *Porph.* q. 3 n. 20.

[95] Cf. **Aristot.**, *Metaph.* I c. 1 (AL $XXV^2$ 9; A c. 1, 981*b* 29-30).

[96] **Aristot.**, *Metaph.* VI t. 1 (AL $XXV^2$ 116; E c. 1, 1025*b* 2-3): "Principia et causae quaeruntur entium, palam autem in quantum entia".

[97] **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 1 (AL $XXV^2$ 60; Γ c. 1, 1003*a* 21-32).

[98] Cf. supra n. 38.

[99] Cf. supra n. 39.

[100] **Moyses Maimonides**, *Dux perplexorum* pars II c. 21 (ed. A. Justinianus Parisius 1520 f. 52v): "Ratio namque necessitatis quam credit Aristoteles est quoniam omne ens quod non est ex artificio eget omnino causa aptatrice illius rei, quae fecit ipsam esse sicut est, et ipsa causa eget alia. Et sic proceditur donec perveniatur ad primam causam, ex qua de necessitate sunt omnia".



‖ Contra[101] hoc: in hoc I inferius[102] dicitur: 'Si Deus est invidus, omnes reliqui ab ipso erunt infortunati'. Hoc non sequitur nisi bonum reliquorum sit ab ipso voluntarie agente. Si enim necessario agit, quantumcumque invideat, aget. ‖ 41

[14] Aliud est notandum quod substantiae immateriales et immobiles non pertinent ad considerationem alicuius scientiae particularis. Non naturalis, quia non sunt mobilia; nec mathematicae, quia non quanta. Sed pertinet earum consideratio ad aliquam scientiam superiorem, cuius consideratio abstrahit a motu et a quanto. Unde in ista scientia considerantur non solum tanquam subiecti causae, sed tanquam principales partes subiecti, quae sunt secundum esse abstracta, illá abstractione quae propria est huic scientiae, quae etiam abstractio secundum rationem competit aliis consideratis in hac scientia. Consideratur enim quidquid hic consideratur, non in quantum 'quantum', nec in quantum 'mobile'; et ita quodlibet consideratum abstrahitur, secundum considerationem, et a quanto et à motu. Et per consequens praecise considerantur hic illa quae secundum esse abstrahuntur ab utroque; huiusmodi sunt substantiae separatae. 42

### [b. — Ad auctoritates Aristotelis pro opinione]

Secundum hoc patet ad auctoritates PHILOSOPHI[103]. 43

1 Contra – aget *om.* G *text. sign. mg.* Extra $B^2S^1$ | hoc *om.* AE | inferius] infertur H' *restit. mg.* $H^2$ | dicitur] dicetur F 2 omnes] esset *lin.* $A^2$ | erunt] sunt A *om.* B | non *om.* F 3 bonum reliquorum] esset volitorum aliquorum *mg.* $L^2$ | agit] agat D 4 quantumcumque] quamquam DFM postquam C | aget] ageret F 5 Aliud] Ad hoc F' *restit. lin.* $F^2$ 6 ad] *add.* scientiam vel A 7 Non] Nec (*lin.* $A^2$) $A^2M$ | nec] non BE 8 non] nec C *add.* sunt AGHL | earum] *add.* substantiarum H 10 considerantur *post* solum AGK | solum] tantum H | tanquam] ut A 11 principales partes] part. p. A | partes] causae M' *restit. lin.* $M^2$ | sunt *post* esse A 12 etiam] et B 13 aliis *om.* G 14 Consideratur] *mg.* $H^2$ | quidquid hic] hic q. A | hic *om.* BE | quantum] *add.* sed B 15 nec] *add.* etiam A | quantum] *add.* est A 16 et *om.* B 17 praecise] praecipue G | esse] se DFM | abstrahuntur] abstrahunt CDFLM 18 huiusmodi] cuiusmodi A | sunt *om.* M 20 auctoritates] auctoritatem DM

[101] Hic dicit **Mauritius** in suis adnotationibus (ed. Vivès VII 38*b*): "Ibidem parum post in primo notabili assignatur unum parvum Extra quod sic incipit 'Contra hoc in hoc I inferius dicitur' etc. usque ibi (n. 42) 'Aliud est notandum' etc."

[102] **Aristot.**, *Metaph.* I c. 2 (AL $XXV^2$ 11; A c. 2, 983*a* 1-3): "Et si dicunt quid poetae quia divinum invidet, et hoc contingere maxime iustum est et infortunatos omnes imperfectos esse".

[103] Cf. supra n. 14-16.

DICITUR[104] enim haec scientia esse circa altissimas causas et divina, quia de Deo non tanquam de subiecto sed tanquam de causa subiecti; ita quod de Intelligentiis est tanquam de principalibus partibus subiecti et non causis, quia non causant nisi movendo; de Deo autem tanquam de causa et non de parte subiecti, quia in nullo univocatur cum aliis.

44 ‡ Contra[105]: si Deus nihil causat, secundum intentionem ARISTOTELIS, nisi movendo[106], igitur non considerabitur hic de Deo, ut de causa. [15]

45 Responsio: Deus est causa substantiarum separatarum non per motum; et omnium aliorum, non tantum in quantum mobilia vel quanta, sed in quantum entia, licet non sine motu, secundum ARISTOTELEM. Intelligentia nullius est causa nisi in quantum mobile.

46 Notandum vero quod in quaestione 8 infra[107], qui diceret partem affirmativam illius quaestionis quod tantum ad metaphysicum pertinet considerare quiditates rerum etiam in particulari, deberet dicere quod non tantum hic consideratur Deus ut causa, sed angelus, sol, ignis, et omnia agentia, si sint causa alicuius secundum entitatem.

---

1 Dicitur] Dicetur L | enim *om.* DF | haec *om.* BH | esse *om.* F | esse – causas] circa c. a. e. H 2 quia] quae G *add.* est BEH 3 ita quod] in quantum G | ita – causa] *mg.* $D^2$ | de Intelligentiis] intellectus L | partibus] *mg.* $B^2$ 4 quia] quae G 5 causa] *add.* (*mg.* $D^2$) subiecti $D^2$F | $de^2$ *om.* AG 7 Contra] *adnot. mg.* Istud 'Contra' debet esse ad tale signum '+' usque hic 'Aliud est notandum' (*i.e. debet poni hic*) $H^2$ | Contra – ens (*fin.* n. 53)] *text. sign. mg.* Extra $A^1$ | Contra – causa (*fin.* n. 57)] *text. sign. mg.* Extra $S^1$ρυ | si] sic ABCL | nihil] non A 8 nisi movendo] *ante* secundum AF | movendo] *add.* tantum DFM | considerabitur] consideratur ACFHM 11 omnium *om.* E | omnium aliorum] aliorum vero omnium B | non tantum] *mg.* $B^2$ 12 entia] essentia K' *restit. mg.* $K^2$ | licet] sed DF | motu] *mg.* $K^2$ *add.* etiam BE 13 Intelligentia] *praem.* Nam B | mobile] mobilis DFM movet L 14 Notandum – causa (*fin.* n. 57) *om.* G 15 quaestionis] *add.* (*mg.* $B^2$) scilicet $AB^2K$ | quod – etiam *om.* C | metaphysicum] metaphysicam BEL 16 etiam] et DFM | deberet] debet B haberet DFM 17 hic consideratur] c. hic F | causa] *add.* alicuius K 18 sol ignis] i. s. DFM

[104] Cf. **Thomas**, *Metaph.* procem. (ed. Parmen. XX 245*b*-246*b*): "Quamvis autem subiectum huius scientiae sit ens commune, dicitur tamen tota de his quae sunt separata a materia secundum esse et rationem... sicut Deus et intellectuales substantiae... Dicitur enim scientiae divina sive theologia in quantum praedictas substantias considerat... Dicitur autem prima philosophia in quantum primas rerum causas considerat".

[105] **Mauritius** in suis adnotationibus habet (ed. Vivès VII 38*b*): "Infra ibi 'Contra, si Deus nihil causat' etc. usque ibi (n. 58) 'Ad auctoritatem primam VI huius' etc. assignatur Extra ab aliquibus".

[106] Cf. **Aristot.**, *Metaph.* XII t. 36 (AL $XXV^2$ 213; Λ c. 7, 1072*b* 3): "Movet autem quasi desideratum, et motum vero alia movet".

[107] Cf. potius lib. I q. 9 n. 7-14.



Quod quidem oportet ponere, quia aliter nihil causant, ut arguitur in illa quaestione[108] de cognitione, sic arguo de creatione.

Responsio: Deus in quolibet causat entitatem; quodlibet aliud agens talitatem entitatis. De hoc alibi[109]. 47

Si teneatur in quaestione 8[110] pars negativa, tunc nulla causa particularis entitatis est hic consideranda, sicut nec hoc ens secundum quod hoc ens. Sed sicut tantum consideratur hic ens secundum quod ens in communi, ita tantum illud consideratur pro causa subiecti quod est causa entis in communi; illud est tantum Deus. Hoc tenes[111] nisi forte ponas Intelligentias non tantum in quantum entia, sed in quantum Intelligentias hic considerari, ut praedictum est ibi[112]: 'Aliud est notandum' etc. 48

[16] Si enim de Intelligentiis, in quantum Intelligentiae, est aliqua scientia possibilis, et non ista – nec naturalis, nec mathematica ut patet –, igitur insufficiens est divisio PHILOSOPHI, in VI huius[113], scientiae speculativae in tria membra. Et ita videtur quod Intelligentiae, in quantum huiusmodi, pertineant ad considerationem metaphysicae. 49

Sed contra: ens secundum se ita abstrahit ab immaterialibus sicut a materialibus; ergo ista scientia, quae per se est de ente in quantum ens, non magis est de istis secundum propriam rationem quam de illis. 50

---

1 quidem *om.* AK | oportet] oporteret *mg.* $K^2$ 2 illa] ista F prima HK | de cognitione] *mg.* $H^2$ | arguo] argue BKL arguitur H *add.* etiam A | creatione] causatione HKM 3 causat] *ante* in A | quodlibet] *add.* autem A | aliud agens] agens a. K 4 talitatem] causalitatem E | entitatis] *lin.* $B^2K^2$ entis B'CM entium K' 5 teneatur] tenetur BCEKL | tunc] *not.* nulla entitas causae particularis est hic considerata vel A 6 entitatis] *ante* particularis AHK entis BEM | hic] haec A | secundum – illud] *mg.* $B^2$ 7 hoc *om.* E | Sed – ens-2] *mg.* $L^2$ | hic] *ante* consideratur (*mg.* $B^2$) $AB^2$ hoc F | hic – consideratur] *mg.* $H^2$ 8 ita *om.* $CH^2K$ | tantum illud] i. t. (*mg.* $B^2H^2$) $B^2H^2K$ | illud] *add.* hic A | subiecti] simplici C 9 entis *post* communi M entitatis D | tantum Deus] D. t. A | tenes] teneas EK 11 ut – ibi] propter illud supra illud scilicet ibi A | ibi] *add.* supra B 12 etc. *om.* CHL 13 Intelligentiis ... Intelligentiae] Intelligentia ... Intelligentia A | aliqua] alia BH 14 scientia] *add.* aliqua H | possibilis] realis(?) A principalis L | et *om.* BE | $nec^2$] *add.* etiam A 15 insufficiens est divisio Philosophi] d. P. est i. DFM | est] *ante* insufficiens H | Philosophi *om.* A | in *om.* C 16 tria] *add.* illa A | quod *om.* A 17 huiusmodi] Intelligentiae BE | pertineant] pertinent HK 18 Sed *om.* BE | ita *om.* BF 19 sicut – scientia *om.* M | ista] illa K 20 est] *lin.* $E^2$

[108] Cf. infra lib. I q. 9 n. 7-14.

[109] Cf. **Duns Scotus**, *Lectura* I d. 2 p. 1 q. 1-2 n. 72-74 (XVI 136-138); *Ordinatio* I d. 2 p. 1 q. 1-2 n. 117-120 (II 192-197); *Rep.* II d. 12 q. 2 n. [5-6] (ed. Vivès XXIII 16-17); *Ordinatio* IV d. 1 q. 1 n. [27] (ed. Vivès XVI 87).

[110] Cf. potius lib. I q. 9 n. 15.

[111] Cf. notula **Mauritii a Portu** in adnotationibus ad finem huius quaestionis (ed. Vivès VII 38*b*): "In eadem additione pondera ad quem loquitur, cum dicit 'tenes' et 'ponis', et applica responsiones ad sua loca ordinate, quae ibi confuse habentur".

[112] Cf. supra n. 42.

[113] Cf. supra n. 14.

51 Confirmatur: quia omnis conclusio propria huius scientiae est praemissa ita ad concludendum de immaterialibus sicut de materialibus; ergo ista subalternat sibi aequaliter utramque scientiam. Nec valet illa ratio quae ponitur prius ibi 'Aliud est notandum[114]', quia ista scientia, sicut considerat aliqua in quantum abstracta a materia, ita etiam in quantum abstracta ab immaterialitate; ergo 'considerabit illa quae in exsistendo habent hanc abstractionem ab immaterialitate' non sequitur.

52 Confirmatur hoc: quia substantia, quam tu ponis subiectum, [17] dividitur in materialem et immaterialem, sicut in species oppositas; scientia autem de genere aequaliter videtur esse de duabus speciebus proximis.

53 Conceditur secundum illud quod tenes ad 8 quaestionem[115], quod non plus est haec scientia de Intelligentia in quantum Intelligentia quam de igne in quantum ignis, nec ut de causa, nec ut de subiecto, quia secundum te de neutro. Sicut, secundum oppositum quaestionis 8, de utroque est utroque modo si utrumque causat aliquid in quantum ens.

54 Sed quomodo tunc salvas divisionem in VI de triplici scientia speculativa?

55 Item, quomodo est circa altissimas causas, si tantum est circa Deum ut circa causam? — Responsio: Deus dicitur 'causae' propter multiplicem rationem causalitatis in ipso.

56 Ad PHILOSOPHUM[116] patet responsio inferius[117] de divisione

1 Confirmatur] *praem.* Et H | conclusio] cognitio C | propria] proprie M | scientiae] *add.* quia K 2 immaterialibus ... materialibus] materialibus ... immaterialibus AF 3 materialibus] *add.* vel e contra A *add.* ita E | ista] illa K | aequaliter *post* scientiam BE *om.* A 4 quae – prius *om.* A | ibi] *ante* prius DF sibi C | est] *ante* Aliud H *om.* A | quia] quod C 5 ista] illa K | scientia] *mg.* $K^1$ | considerat *om.* F | in quantum] sicut F | ita] sic E 6 etiam] et HK | abstracta] *add.* et A | ab] *lin.* $E^2$ | ergo – immaterialitate *om.* L | illa] ista F 7 in] *add.* essendo vel H 9 hoc *om.* CHKL 10 materialem] materiales ABK immateriale E | et] *add. lin.* in $D^2$ | immaterialem] immateriales ABK immateriale E | sicut] ut A 11 aequaliter *post* esse A | esse *om.* HK | duabus speciebus] s. d. K 13 illud] istud D | tenes] tenet K | 8 quaestionem] q. 8 ADM 14 est *post* scientia H | Intelligentia] Intelligentiis H 15 $ut^2$ *om.* L 16 Sicut *om.* F | oppositum] opinionem BE compositum L *add.* de H 17 quaestionis 8] quasi scilicet L | utroque] *add.* etiam HK 19 tunc *post* salvas H *om.* A | divisionem] divisiones BC | in VI] Aristotelis A 21 est] erit BE *om.* H | circa] secundum B | altissimas causas] c. a. M 22 Deum] *add.* et B | circa *om.* A | dicitur] *add.* esse C | causae] causa AL causare B *add.* altissima A *add.* esse K 23 multiplicem rationem] multitudinem rationum BCEHK 24 responsio – scibilium *post* causa (*fin.* n. 57) B | inferius] superius BE *add.* 37d H

[114] Cf. supra n. 42.
[115] Cf. infra lib. I q. 9 n. 15-17. 36-39.
[116] Cf. supra n. 54.
[117] Cf. infra n. 58.



scientiarum speculativarum. Tenet enim de illis quae a nobis per rationem naturalem possunt tradi, non de omnibus possibilibus ex parte naturae scibilium.

Evasio: quod scientia de genere est de prima specie sub propria ratione, non de secunda specie. Tunc haec est de Intelligentia ut de prima specie substantiae, non ut de causa. 57

[18] [RESPONSIO PRIMA] — Ad auctoritatem primam VI huius[118] dicitur quod secundum PHILOSOPHUM I *Posteriorum* cap. illo "Certior autem": "Scientia altera est ab altera, quorumcumque principia neque ex eisdem neque ex alteris sunt[119]". Distinguuntur ergo scientiae non solum penes diversa subiecta, sed etiam penes diversa principia. Et forte haec distinctio per principia est prior et essentialior, quamquam per subiecta aliquando fiat distinctio, sicut probat auctoritas illa III *De anima*[120]. Sic igitur potest intelligi illa distinctio trium scientiarum speculativarum, VI huius, quod licet duarum, naturalis scilicet et mathematicae, ponantur ibi subiecta distinguentia — vel forte principia — tamen huius scientiae ponuntur ibi principia, non subiecta, per quae ab aliis distinguuntur. 58

[SECUNDA RESPONSIO] — Aliter potest dici quod ista scientia considerat omnia illa quae et aliae scientiae particulares, licet sub ratione communiori et magis abstracta. Aliqua tamen considerat quae in aliis non considerantur, quibus convenit tanta abstractio in essendo quanta non convenit consideratis in aliis scientiis. Et ideo quando distinguitur haec scientia ab aliis, convenienter hoc fit per illa 59

2 rationem naturalem] n. r. BE 4 Evasio – causa] *mg.* $H^2$ *om.* CKL | prima] ipsa AM 5 specie] *add.* et DF | Tunc] *add.* licet EM | haec] *lin.* $E^2$ | haec est] sed (*mg.*) $H^2$ | est] sit *lin.* $E^2$ *om.* BM | $de^2$ *om.* F | $de^3$ *om.* $BDFH^2M$ 6 substantiae *om.* $AEH^2$ | non] *add.* tamen E | de *om.* BEM | de causa] causat *mg.* $H^2$ 8 quod *om.* DFM 9 autem *om.* BCGL | altera est] est a. BCFGHK | ab] sub E' *restit. lin.* $E^2$ | quorumcumque – sunt] etc. H | neque] nec AG *add. mg.* sunt $L^1$ 10 neque] nec CG | alteris] alterutris DF | ergo] autem G *om.* B 11 diversa subiecta] s. d. E 12 per] penes (*mg.* $E^2$) $ADE^2F$ *om.* G | principia *om.* G 13 subiecta] *add.* licet K | auctoritas illa] i. a. AB 14 Sic] Sicut G | trium *om.* E 15 naturalis scilicet] s. n. AGHK 16 distinguentia] distincta DF | principia] *add.* et G 17 non] ut B 18 distinguuntur] distinguantur H distinguatur K 20 illa] ista BEF alia M | et] *ante* quae M | licet] sed HK 21 magis] maxime G | Aliqua] Alia ABCEH 23 aliis] eis E' *restit. lin.* $E^2$ | non] H' secundum rationem *lin.* $H^2$ | convenit] *add.* aliis BE *add.* his quae K | consideratis] considerata G considerantur K 24 illa] ista F

[118] Cf. supra n. 14.
[119] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 28 (AL $IV^1$ 61; A c. 28, 87*a* 39–87*b* 1).
[120] Cf. supra n. 14.

GRABMANN-INST. der Universität München

considerabilia in quibus non convenit cum aliis scientiis, sed in quibus distinguitur. Unde haec scientia est "circa separabilia et immobilia[121]", non tanquam circa subiecta, sed tanquam circa principales partes subiecti, quae non participant rationem subiecti alicuius alterius scientiae.

60 [TERTIA RESPONSIO] – Respondetur tertio modo sic: haec scientia [19]
est circa "immobilia et separabilia[122]". Hoc est, circa quaecumque sit, circa illa est considerata sub istis rationibus, abstractione scilicet a motu et a materia naturali quae est principium generationis et corruptionis. Sicut mathematica dicitur esse circa immobilia, non quia quanta in essendo sint omnino immobilia, sed quia scientia mathematica considerat illa sub ratione priori, abstrahendo a motu.

61 [AD CETERAS AUCTORITATES] – Ad alias auctoritates VI[123] patet quod haec scientia potest dici theologia, non a subiecto sed a causa, – sicut naturalis scientia dicitur a natura, quae non est subiectum illius scientiae, sed principium subiecti.

### [c. – Ad rationes pro opinione Averrois]

62 Ad primam rationem[124] patet quod substantiae separatae hic considerantur et qualiter. Quia non ut causae, sed tanquam principales partes subiecti quae sic sunt abstracta in essendo, sicut omnia hic considerata abstrahuntur secundum considerationem.

63 Ad aliam rationem[125]. Ad maiorem dici potest quod scientia, quae est de multis attributis ad unum primum, maxime est de illo

1 considerabilia] *exp. lin.* L$^2$ | non] *lin.* A$^2$ | scientiis *om.* G 2 scientia] *lin.* A$^2$ *om.* G 3 circa$^2$ *om.* BM | principales partes] part. p. AEM 4 non *om.* G | alterius scientiae] s. a. H 6 Respondetur *post* sic GHK | modo *om.* G 7 circa] *add.* illa L | immobilia et separabilia] s. et i. ADFM | et separabilia *om.* G | sit] fit E' *restit. lin.* E$^2$ | sit – est] sic FM 8 est] *lin.* H$^2$ | scilicet] *lin.* D$^2$ *om.* F 9 et$^2$ *om.* B 10 quia] *add.* non G 11 sint] sicut B'EFGKL *restit. lin.* B$^2$ | omnino] omnia H | scientia *om.* H 12 illa] ea GHK | priori] puta B *add.* scilicet F | abstrahendo] *add.* scilicet DEM 13 alias auctoritates] auctoritatem DFM 14 quod] quia F | theologia] theologica AL 15 naturalis scientia] s. n. DM 19 illius] istius F | qualiter] quali ratione A *add.* considerantur F | causae] causa M 20 principales partes] part. p. E | quae] quia HK | sic *om.* B 21 secundum] per DF 22 rationem] *add.* patet H 23 primum] principium E

[121] Cf. supra n. 14.
[122] Cf. supra n. 14.
[123] Cf. supra n. 15-16.
[124] Cf. supra n. 17.
[125] Cf. supra n. 18.



primo ut de subiecto si illud primum habet condiciones requisitas ad subiectum in tali scientia – puta si scientia sit propter quid et tale primum habeat aliquid demonstrabile de eo per causam. Ita non est in proposito, cum haec sit scientia propter quid, et de Deo nihil per causam demonstretur.

[20] Confirmatur illa ratio[126]: quia quando aliqua attribuuntur ad 64
alia, ut ad prius et posterius, simpliciter prima consideratio est de illis ut attribuuntur ad simpliciter primum. Accidentia omnia attribuuntur immediate ad substantiam, sed ad Deum ut ad prius, quia et ipsa substantia-genus attribuitur ad Deum; ergo simpliciter prima consideratio de entibus est de illis ut attribuuntur ad Deum, non ad substantiam. Ergo Deus est simpliciter primum subiectum.

Responsio: simpliciter prima consideratio est de entibus, in 65
quantum attributa ad Deum, non ut subiectum (quia non potest habere condiciones subiecti scientiae propter quid), sed ut ad causam.

Aliter arguitur[127]: simpliciter primum, cui omnia attribuuntur, 66
est Deus; igitur illud est subiectum primae scientiae.

Responsio: sequeretur si haberet alias condiciones subiecti scien- 67
tiae. Sed quid sit illud primum ad quod omnia alia attribuuntur, quod sit hic ponendum subiectum principale, dicetur in consequentibus[128].

1 si] sed C sicut M | illud] istud BDEHLM | ad] *add.* tale H 2 sit] demonstrat *mg.* B$^2$ 3 primum] principium L | habeat *post* demonstrabile K | Ita non est] *mg.* K$^2$ 4 Deo] eo L 5 demonstretur] demonstratur ADEH 6 illa] ista E' praedicta (*lin.* E$^2$) DE$^2$F | ratio] responsio (*mg.* E$^2$) E$^2$F | quia *om.* G | quando] ipsa K' *restit. mg.* K$^2$ | aliqua] alia B 7 alia] aliqua DFLM | et] *add.* ad AH | prima] principia G 8 attribuuntur] abstrahuntur C | simpliciter primum] p. s. K | primum] *lin.* B$^2$ 9 immediate] *ante* attribuuntur AE *ante* Accidentia F *post* substantiam GHK 10 et *om.* L | substantia-genus] supra genus B substantia igitur F substantia cuius immediate L super genus M | attribuitur] attribuuntur FLM accipiuntur K' *restit. mg.* K$^2$ | ad] *add.* ipsum *lin.* E$^2$ | Deum] ipsum DFM *add.* non ad substantiam E *add.* ut ad prius K | simpliciter – Ergo] *mg.* B$^2$ 11 consideratio] *ante* prima K *add.* quae E | illis] eis A | ut] in quantum E | attribuuntur] attributa E' *restit. lin.* E$^2$ | Deum] *add.* et (*mg.* B$^2$) AB$^2$DF | non] *add.* ut (*mg.* B$^2$) AB$^2$DF 13 prima *post* consideratio C *om.* F | consideratio] *add.* non H 14 quantum] ut A *add.* primo B | attributa] attribuuntur A | non *om.* H | habere *post* subiecti DFM 15 scientiae] *lin.* M$^2$ | sed] *add.* ad Deum A 16 arguitur] arguo B | omnia] alia A *om.* G 17 est$^2$ *om.* M 18 Responsio – scientiae] *mg.* D$^2$ *om.* F | sequeretur] sequitur *mg.* D$^2$ | alias *post* condiciones *mg.* D$^2$ aliquas M 19 sit] est F | attribuuntur] *add.* et DFM | quod$^2$] quid AFM 20 ponendum] *mg.* E$^2$ *post* principale BEH | consequentibus] sequentibus (*lin.* E$^2$) ADE$^2$FM

[126] Haec 'confirmatio' revera est contra n. 63; cf. tamen supra n. 18.
[127] Videlicet, arguitur pro opinione Averrois; cf. supra n. 18.
[128] Cf. infra n. 91-96.

Et PHILOSOPHUS in IV, ubi allegatum est[129], concludit statim: "Ergo si hoc est substantia, substantiarum oportet principia et causas habere philosophum". Unde illud primum ponit substantiam, non Deum. Et idem habetur in principio VII[130].

### [B. — Opinio Avicennae
### 1. — Opinionis expositio]

68 Alia est opinio AVICENNAE[131] quod primum subiectum huius [21]
scientiae est ens in quantum ens.

[ARGUMENTA EX AUCTORITATIBUS] — Hoc videtur PHILOSOPHUS probare in principio IV huius[132]: "Est scientia quaedam" etc., ubi secundum COMMENTATOREM[133] intendit stabilire subiectum istius artis, ad quod innuitur ibi talis ratio: quia metaphysica considerat primas causas, ut probatum est in I huius[134], ideo debet considerare effectum secundum se primarum causarum. Primae autem causae sunt causae secundum se entium in quantum entia; ergo ens in quantum ens consideratur hic tanquam subiectum.

69 Item, VI huius, postquam distinxit tres partes scientiae speculativae, movet dubitationem[135]: "Utrum prima philosophia sit universalis aut circa aliquod genus". Et videtur solvere quod universalis.

1 in *om.* G | est *om.* G 2 hoc] haec BFHL haec substantia A li K | est] *add.* haec EM *add.* scientia scientiarum H | substantia] = AGKρυ scientia *rell.* | substantiarum] scientiarum BE subiectorum G | principia] principium G | causas] *ante* principia K 3 philosophum] principium G *om.* C | substantiam] subiectum E 4 Et *om.* M *add.* illud F | idem] illud D 7 primum] *add.* hic M 8 scientiae *om.* C | in quantum ens *om.* G 9 Hoc] *praem.* Et A Sed L 10 in *om.* CGHKL | huius] *ante* IV F *add.* dicens DFM | Est *om.* B | quaedam] quidem H *om.* A *add.* quae speculatur ens in quantum ens DFM 11 stabilire *post* subiectum F statuere (*lin.* $L^2$) $AL^2$ | istius] huius ABDFM *om.* G *add.* scientiae vel A 12 artis] oras(?) G | quod] idem H | innuitur *post* ibi *mg.* $L^2$ innititur F | ibi *om.* BFH | considerat] *add.* ibi M 13 probatum est] probatur GHK | in *om.* BEGH | I] principio DFM | ideo *om.* K 14 causae sunt] *mg.* $L^2$ | sunt] *mg.* $H^2$ 15 causae] *mg.* $H^2$ *om.* G 16 ens] *mg.* $H^2$ | hic] ibi H 17 Item] In M 18 dubitationem] dubium C 19 Et *om.* K | quod] quia E

129 Cf. supra n. 18.

130 **Aristot.**, *Metaph.* VII t. 4 (AL XXV$^2$ 123-124; Z c. 1, 1028*a* 29-34).

131 **Avicenna**, *Metaph.* I c. 2 (AviL 12); cf. infra lib. VI q. 4 n. 11-13.

132 **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 1 (AL XXV$^2$ 60; Γ c. 1, 1003*a* 21).

133 **Averroës**, *Metaph.* IV com. 1 (ed. Iuntina VIII f. 30*vb*).

134 Cf. **Aristot.**, *Metaph.* I c. 1 (AL XXV$^2$ 9; A c. 1, 981*b* 29-30).

135 **Aristot.**, *Metaph.* VI t. 3 (AL XXV$^3$ 127; E c. 1, 1026*a* 24-25): "Dubitabit enim utique aliquis utrum prima philosophia sit universalis aut circa aliquod genus et naturam unam".



Et in fine solutionis dicit[136]: "De ente in quantum ens, huius erit utique speculari".

Item, ibidem dicit[137]: "Si non est substantia altera praeter naturá 70
consistentes, tunc physica erit prima scientia", quia physica esset tunc de omnibus entibus, sicut nunc est de omnibus naturalibus, quia tunc omnia entia essent naturalia. Sed nunc est ita de omnibus naturalibus quod primum subiectum eius est aliquod commune omnibus naturalibus, et non aliquod primum ad quod omnia alia attribuuntur, sicut patet per AVICENNAM I *Metaphysicae*, cap. 2 et I *Physicae* suae cap. 1[138], et COMMENTATOREM IV huius, commento 1[139], et secundum alios loquentes de subiecto. Subiectum igitur primae scientiae est communissimum, alioquin non videtur valere consequentia ARISTOTELIS.

[22] Item, hic dicit COMMENTATOR in procemio III huius[140]: 71
"Subiectum utriusque scientiae est ens simpliciter", huius scilicet et scientiae disputativae.

[ARGUMENTA EX RATIONE] — Item, ad hoc videtur esse ratio: tum 72
quia oportet esse aliquam scientiam per se considerantem communissima, sine quibus non possunt particularia cognosci. Tum quia passiones hic consideratae — puta unum et multa, potentia et actus, et similia — non videntur esse alicuius determinati primo, sed cuiuslibet in quantum ens. Illud autem videtur primum esse subiectum et proprium cuius primo sunt passiones quae per se considerantur in scientia.

Item, si ista scientia esset de aliquo genere determinato, quod 73
quidem genus haberet aliquid superius ad ipsum, tunc alia esset

1 solutionis] nominis(?) G | dicit *om.* DF | huius *om.* K | erit *post* utique A 2 utique] *add.* considerari vel A 3 est] esset CGHK | substantia] scientia *mg.* $K^2$ 4 consistentes] exsistentes A | tunc] igitur E | erit] est E esset H | tunc$^2$] *ante* physica EH *ante* esset G 5 est] *lin.* $E^2$ 6 essent] *ante* entia BE *om.* K 7 quod – naturalibus *om.* L | eius] cuius C *om.* A 8 naturalibus *om.* G | non] *lin.* $E^2$ *om.* BK | primum] principium L | alia] talia B naturalia G *om.* H 9 patet *post* Avicennam B | I] *lin.* $L^2$ | 2] 3 B 10 suae *om.* G | 1] *lin.* $G^2$ *om.* L *add.* a AEF | commento 1] 1 c. A 11 alios] aliquod H | subiecto] *add.* metaphysicae BE 14 hic] hoc B | procemio] principio H 15 utriusque *om.* GK | scilicet *om.* DL 16 scientiae *om.* M 17 esse *om.* B 18 aliquam *om.* L 19 Tum quia] Cum K 20 hic *om.* DFM | et actus *om.* L 21 et] *add.* huiusmodi G | similia] consimilia DF 22 autem *om.* G | primum esse] esse primo ABCEL | et *om.* AEL | proprium *om.* A 24 ista] illa K 25 aliquid] aliquod ABE | ipsum] *add.* et L | alia *post* esset K | esset] *lin.* $M^2$ *post* scientia F

136 **Aristot.**, *Metaph.* VI t. 4 (AL XXV$^3$ 127; E c. 1, 1026*a* 31-32): "... et de ente in quantum ens huius utique erit speculari".

137 **Aristot.**, *Metaph.* VI t. 3 (AL XXV$^3$ 127; E c. 1, 1026*a* 27-29): "Si quidem igitur non est aliqua altera substantia praeter naturá consistentes, physica utique erit prima scientia".

138 **Avicenna**, *Metaph.* I c. 2 (AviL 10-14); *Sufficientia* I c. 2 (f. 14*rb*).

139 **Averroës**, *Metaph.* IV com. 1 (ed. Iuntina VIII f. 30*vb*).

140 **Averroës**, *Metaph.* III com. 1 (ed. Iuntina VIII f. 18*ra*).

scientia superior et prior istá; consequens falsum ex VI huius[141]. Probatio consequentiae: quia illud superius haberet aliquam passionem demonstrabilem de ipso in alia scientia. Ergo eadem passio esset demonstrabilis de subiecto illius scientiae, accipiendo pro medio illud cuius primo est. Et ita illa scientia de subiecto communiori demonstraret aliquid tanquam conclusionem, quod acciperetur hic pro principio, et ita illa scientia prior et superior istá.

### [2. — Responsio ad rationes principales secundum opinionem Avicennae]

74 Secundum opinionem AVICENNAE ad argumenta responderi [23] potest.

Ad primum, quod minor[142] est falsa. Ad probationem, cum arguitur de aequivocatione entis[143], hoc videtur negandum secundum AVICENNAM I *Metaphysicae* cap. 5[144], ut prius allegatum est in lectione ibi[145]: "Nunc propositio ad propositum est applicanda" et cap. 2 *d*[146]. Et ad auctoritatem PORPHYRII et consimiles[147] pro alia parte, respondetur in IV[148] quando quaeretur de aequivocatione entis.

75 Et ad aliam probationem, cum dicitur 'ens non habet quid quia est transcendens[149]', — responsio: hoc concluderet aequaliter de omni

1 scientia superior] sup. s. BE | ista] illa L | huius *om.* H 2 aliquam passionem] p. a. A 3 ipso] ipsa EL | passio] potentia H' *restit. lin.* H$^2$ 4 illius] huius A istius H 5 primo est] e. p. A | illa] ista F | communiori] communior H *add.* et M *add.* pro principio L 6 aliquid] quid G | acciperetur] acciperet DF accipitur G 7 illa] *mg.* H$^2$ *post* scientia DM ista *post* scientia F *add.* erit D *add.* esset F | prior et superior] superior est prior A | ista] illa FL 10 ad – potest] r. p. ad a. GHK 12 probationem] propositionem H 13 arguitur] argumentis E | hoc] hic E *om.* D 14 ut] ubi CK | est *om.* G 15 ibi] *add.* quare M | est applicanda] a. est DEFM 16 2] 3 E *del.* H | d] dicit F *om.* BCGHKM | Et *om.* CEH | ad auctoritatem] auctoritate L | alia] illa AHK 17 respondetur] respondebitur ACDFL | in IV quando *om.* G | quaeretur] quaeritur CEGKM *add.* illa quaestio A 18 Et *om.* K | probationem] propositionem H passionem K' *restit. mg.* K$^2$ | quid] quiditatem] *lin.* L$^2$ | quia] *add.* ens L 19 hoc] hic AF | concluderet] concludit A concluderetur *lin.* L$^2$

[141] **Aristot.**, *Metaph.* VI t. 3 (AL XXV$^2$ 118; E c. 1, 1026*a* 23-30).
[142] I. e. 'de ente non est notum quid est'; cf. supra n. 1.
[143] Cf. supra n. 5.
[144] **Avicenna**, *Metaph.* I c. 5 (AviL 31-32); cf. supra lib. I prol. n. 17.
[145] Cf. supra lib. I prol. n. 16
[146] **Avicenna**, *Metaph.* I c. 2 (AviL 13): "Potest autem quis dicere quod, postquam ens ponitur subiectum huius scientiae, tunc non potest esse ut ipsa stabiliat esse principia essendi. Inquisitio enim omnis scientiae non est de principiis, sed de consequentibus principiorum".
[147] Cf. supra n. 5.
[148] Cf. infra lib. IV q. 1 n. 17-26.
[149] Cf. supra n. 5.



generalissimo, quia nullum generalissimum habet quiditatem proprie dictam. Tamen quodlibet habet quid; tum quia habet essentiam; tum quia alias non praedicaretur in quid de aliquo. Unde probatio illa est insufficiens, scilicet 'si non habet definitionem proprie dictam, non habet quid'; non sequitur nisi de quiditate speciei, cuius proprie est definitio.

Ad aliam rationem[150] responsio: ens in quantum ens potest 76
habere passionem aliquam quae est extra essentiam eius in quantum est ens[151]. Sicut esse unum vel multa, actu vel potentiá, est extra essentiam cuiuslibet in quantum est ens sive quid in se. Tamen ens, acceptum secundum quamcumque rationem generaliter, praedicatur de quolibet 'in quid', et est de essentia cuiuslibet.

Per hoc patet ad aliam rationem[152], quia ens praedicatur 'in 77
quid' de quolibet accepto ut quid est, non tamen accepto secundum quamcumque rationem, secundum quam est passio entis.

[24] Ad tertiam rationem[153] dicendum: cum dicitur 'principia entis 78
in quantum ens', non intelligitur ly 'in quantum' reduplicative ita quod denotet causam, sed specificative, ut is sit sensus: entis in quantum ens, id est, entis secundum suam entitatem.

¶ Sicut dicimus 'hoc videtur in quantum album', hoc est, 79
secundum suam albedinem. Consequentia autem non valet ab 'in quantum' ad 'universale' nisi quando tenetur reduplicative. Entia enim non

1 quiditatem] definitionem *mg.* F$^2$ 2 Tamen] *mg.* K$^2$ *om.* M | Tamen – quid] *mg.* D$^2$ | quia] *add.* quodlibet DFM | essentiam] scientiam C 3 praedicaretur] praedicatur CEH | aliquo] subiecto F | probatio] propositio CH | illa] ista BEFL 4 scilicet *om.* AG 5 quid] *add.* (*lin.* E$^2$) quia DE$^2$FM | cuius] *lin.* M$^2$ 7 aliam] primam K 8 eius] *ante* essentiam A 9 est *om.* ADFM | esse] est BHL | vel] et AE | multa] multum E *add.* vel G | actu] actus AEHK | vel$^2$] et E 10 cuiuslibet] eius K | est *om.* ADFM | ens] *add.* sicut esse unum K 11 quamcumque] quamlibet C 12 de – quid] in q. de quol. M | quolibet] *add. mg.* istorum L$^2$ 13 in quid *om.* C 15 secundum quam] ut L 16 tertiam] *mg.* B$^2$ *lin.* E$^2$ | rationem *om.* F 17 intelligitur] intelliguntur K tenetur M | ly] *lin.* L$^2$ hic BCDEFHM | ita quod] ut G 18 specificative] *add.* ita DF | is] *exp. lin.* L$^2$ hic B iste F his M *om.* GHK 19 suam entitatem] e. s. A 20 Sicut – operationem (*fin.* n. 83) *om.* G *text. sign. mg.* Extra H$^1$S$^2$ *lin. anfractuosa mg.* A$^1$S$^2$ | dicimus] *add.* quod H 21 ab] animal FM 22 ad] aliquid FM

[150] Cf. supra n. 6. 8.
[151] Cf. **Duns Scotus**, *Lectura* I d. 3 p. 1 q. 1-2 n. 102-104 (XVI 262-264); *Ordinatio* I d. 3 p. 1 q. 3 n. 134-136 (III 83-85).
[152] Cf. supra n. 8.
[153] Cf. supra n. 9-10.

solum sunt causata secundum aliqua posteriora ipsa entitate, sed etiam secundum suam entitatem, ita quod 'in creatis entitas est primum causatum[154]'. – Per hoc tenet ratio in principio IV: "Quoniam autem[155]"[d].

80 Vel[156] aliter tenet, quia hic consideratur causa entis in communi, scilicet Deus, cuius primus effectus est esse. Et nota quod primae causae sciendi sunt primae propositiones immediatae. – Alio modo primae causae, non tantum sciendi sed essendi, dicuntur media in demonstratione, quae causant passionem in esse et in cognosci de subiecto. – Alio modo dicuntur causae essendi, non tamen forte proprie sciendi aliquid de subiecto quia non sunt medium in demonstratione, sed principia intelligendi subiectum quia pertinent ad 'quid' subiecti. Ita quod intelligendo illud 'quid', illae causae intelliguntur sicut intrinsecae illi quiditati (ut materia vel forma); vel extrinsecae: illae prius intelliguntur subiecto, sed non intelliguntur intra quiditatem subiecti.

---

[d] *Sequitur adnotatio interpolata:* De hoc amplius in principio IV sicut exponitur ibi Extra[157]

1 solum] *mg.* $L^2$ | causata] creata CK | aliqua] alia E | sed – entitatem] *mg.* $B^2$ 2 in] *lin.* $E^2$ *add.* creaturis vel in D | creatis] creaturis (*lin.* $E^2$) $ABE^2L$ *not.* alia littera: in creaturis F 3 causatum] creatum BCK | Quoniam] Quantum M | autem] fieri CL *add.* principia A *add.* etc. BDHK 4 tenet] *add.* universaliter L | aliter] universaliter D | hic] sic B | entis] entitatis DF 5 Et *om.* A | Et – subiecto] *text. sign. mg.* Extra $E^2$ 6 sciendi] scientiae L | propositiones – primae *om.* M 7 sed] *add.* etiam A 8 et *om.* L | cognosci] cognoscendi *lin.* $L^2$ 9 subiecto] *add.* vel HK | essendi] sciendi DFM | tamen] tantum CFM | forte *om.* A 10 aliquid] quid EH | medium] media AD 11 subiectum] subiecti B | quia] quae E | pertinent] pertineant CE 12 illae] istae F ibi M | intelliguntur] intelligantur E 13 illi quiditati *om.* BC | materia vel forma] materialis vel formalis BE | vel] et (*lin.* $B^2$) $AB^2$ | $vel^2$ *om.* H | extrinsecae] *add.* et DF | prius] *lin.* $D^2$ 14 sed non intelliguntur] *mg.* $H^2$ 15 De – IV] = ADFHKLMNρυ *om. rell. post* 'reduplicative' (*med.* n. 79) ρυ *post* 'reduplicative' (*med.* n. 81) HKL *post* n. 83 ADFMN | amplius] *add.* diceretur L | IV] = DF VI AHKLMNρυ | sicut – Extra] = DFρυ *mg.* $E^2$ *om. rell.*

[154] Cf. *Liber de causis* prop. 3 (ed. A. Pattin p. 54): "Prima rerum creatarum est esse et non est ante ipsum creatum aliud".

[155] **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 1 (AL $XXV^2$ 60; Γ c. 1, 1003*a* 26-28): "Quoniam autem principia et extremas quaerimus causas, palam quia cuiusdam illas naturae secundum hanc esse est necesse".

[156] Hic dicit **Mauritius** in suis adnotationibus (ed. Vivès VII 39*a*): "Ibidem parum post in solutione tertii principalis ibi 'Vel aliter tenet' et usque ibi (n. 85) 'Contra responsionem ad primum argumentum' etc. assignatur Extra ab aliquibus".

[157] Cf. infra n. 85; etiam **Antonius Andreas**, *Expositio in libros Metaph.* IV sum. 1 c. 1 n. [4] (ed. Vivès V 649*b*-650*a*): "Notandum quod ly in quantum ens potest accipi dupliciter, ... scilicet vel specificative vel reduplicative. Primo modo accipitur cum hic dicitur quod entis in quantum ens sunt primae causae. Primae enim causae causant proprie entitatem, quia sunt causae universales omnis entitatis. Secundae enim causae inferiores magis causant talitatem entis sive entitatis, quia causant tale vel tale ens, non omne ens, nec aliquando ens in quantum ens. Si autem ly in quantum ens acciperetur reduplicative, ergo omne ens haberet causam quod est falsum quia processus infinitus esset in causis et causatis".



[25] Haec scientia est circa primas causas primis duobus modis[158], quia illi duo modi non differunt nisi penes totum et partem, propositionem et terminum. Et de communissimis fiunt propositiones primae, et communissima sunt prima media in demonstratione. Isto modo entis in quantum ens sunt principia, tenendo 'in quantum' reduplicative etiam licet ens sit univocum ad omnia. 81

Aliis duobus modis[159] non est ista scientia circa primas causas entis, in quantum ens tenetur reduplicative, quia non omnis entis sunt causae extrinsecae, ut patet; nec intrinsecae, quia non simplicium; sed sic oportet 'in quantum' teneri specificative. 82

Ubi notandum quod quattuor causae, in quantum quaelibet in suo genere dat esse – circumscribendo rationem motus et mutationis –, pertinent ad metaphysicum: 83

Materia et forma in quantum sunt partes essentiae. Efficiens in quantum dat esse, circumscribendo motum – licet enim non ageret nisi movendo, tamen ratio dantis esse prior est ratione moventis. Finis in quantum res secundum sui entitatem ad illud ordinatur – licet non possit illud attingere nisi per motum vel operationem; prior tamen est ratio ordinis secundum esse quam secundum operationem. ⁑|

Aliter dicitur ad hoc[160], quod cum dicitur 'entis in quantum ens sunt principia', non intelligitur nisi de ente creato. Et si concludatur 'ergo cuiuslibet entis talis sunt principia', nihil mali accidit de tali ente. 84

---

2 partem] partes F 3 Et *om.* B | fiunt] sint F | propositiones primae] prim. p. A | primae] prima M | $et^2$ *om.* B 4 prima *post* media K *om.* F | Isto] Primo *lin.* $H^2$ 5 tenendo] intelligendo M | in quantum] ens E | $quantum^2$] *add.* ens BH | reduplicative] *mg.* $L^2$ 6 etiam] et EM *om.* B | ens sit] sit ens B | omnia] *add.* alia A 7 Aliis – modis] Secundus modus A | ista *post* scientia H illa K | primas causas] c. p. H 8 ens] *add. mg.* secundum quod $D^2E^2$ | tenetur] tenendo in quantum H | omnis] *lin.* $L^2$ 9 sunt] *add.* tales DFHKM | causae] tales A 10 oportet] potest B | teneri] *ante* in AH 11 Ubi notandum] Hic notatur DFM 12 circumscribendo rationem] circumscripta ratione K | rationem *om.* C | mutationis] transmutationis HK 14 Materia] *add.* scilicet A 15 enim] *add. mg.* secundum Philosophum $L^2$ | non] nihil H | ageret] aget E agent L 16 prior est] est p. AF | moventis] motus M 17 Finis] *add.* enim F | sui] suam ABHK | ad illud *post* ordinatur E *om.* F | ordinatur] ordinantur M *add.* et DF 18 possit] posset C | nisi *om.* M | prior – operationem *om.* BM | tamen] *ante* prior E *post* est K 20 dicitur] dico D | quod *om.* A | cum *om.* H 22 ergo] quod A | tali *om.* B

[158] Scilicet, primae causae sciendi sunt primae propositiones immediatae, vel primae causae sunt media in demonstratione; cf. supra n. 80.

[159] Videlicet, causae intrinsecae vel extrinsecae; cf. supra n. 80.

[160] Cf. supra n. 9-10.

### [3. — Replicatio ad argumenta supra dicta]

85 Contra responsionem ad primum[161]. Supponatur quod ens non [26]
possit habere conceptum communem ad decem genera propter auctoritates PHILOSOPHI et rationes quae tanguntur in principio IV[162]. Tunc cum unius scientiae sit unum subiectum, ex I *Posteriorum*[163], — et probatur sic: secundum unum habitum convenit operari uno actu; unus autem actus intelligendi non potest esse nisi circa unum obiectum (non enim potest esse unus actus intelligendi circa omnia attributa ad unum, quia tunc unum esset intelligere omnium entium, cum omnia attribuantur ad unum primum); sequitur ergo quod oportet ponere aliquod unum ens, cui alia attribuantur, proprium subiectum ex cuius unitate sit scientia una.

86 Item, contra responsionem ad secundum[164]: si ens secundum totam communitatem suam ad decem genera haberet aliquam proprietatem, puta *a*, sequuntur duo inconvenientia:

87 Unum quod ens secundum totam communitatem suam sit extra essentiam illius *a*, sicut subiectum extra essentiam illius passionis, cum cadat in definitione passionis tanquam additum, ex VII huius[165]. Et ita ens secundum totam communitatem suam non praedicatur in quid de quolibet[166].

2 responsionem] rationem C rationes G | primum] *add.* argumentum AGHK | Supponatur] Supponitur AC Si ponatur *mg.* $B^{2}$ Supposito DFGM 3 possit] potest H posset GK | habere] haberi A | ad *om.* A 4 tanguntur] tangentur (*lin.* $L^{2}$) $AL^{2}$ 5 Tunc] Tamen DF | unum] *add.* genus M | subiectum] *add.* secundum Philosophum A 6 convenit] contingit F 7 nisi] *lin.* $E^{2}$ | nisi – intelligendi *om.* F | unum] *add.* subiectum K 8 esse *om.* G | unus *post* intelligendi A | unus actus] *mg.* $M^{2}$ 9 unum] *add.* subiectum sed circa unum obiectum F | tunc] aliter F | omnium entium] omnia entia F 10 attribuantur] attribuuntur ACGM | unum] *add.* principium K 11 aliquod] *add.* (*lin.* $M^{2}$) primum $GM^{2}$ | cui] *add.* omnia F | alia] omnia AG | attribuantur] attribuuntur C 12 scientia] *ante* sit F *post* una A | una *om.* C 13 responsionem] rationem (*lin.* $B^{2}$) $B^{2}G$ | secundum] secundam *lin.* $B^{2}$ *add.* argumentum A 15 a] *lin.* $K^{2}$ *add. lin.* tunc $L^{1}$ | duo] *ante* sequuntur L *post* inconvenientia K *om.* G | inconvenientia] convenientia B 17 illius] istius G ipsius M | subiectum] *add.* est DF | illius$^{2}$] ipsius BC *om.* AGHKM 18 passionis] *lin.* $A^{2}$ 19 praedicatur] praedicaretur (*mg.* $L^{2}$) $AL^{2}$ 20 quolibet] *add. mg.* quod est inconveniens $L^{2}$

[161] Cf. supra n. 74.
[162] Cf. infra lib. IV q. 1 n. 40. 50-69, et **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 2 (AL $XXV^{2}$ 60-61; Γ c. 2, 1003*a* 33-*b* 19).
[163] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 28 (AL $IV^{1}$ 60; A c. 28, 87*a* 37-38): "Una autem scientia est quae est unius generis".
[164] Cf. supra n. 76.
[165] **Aristot.**, *Metaph.* VII t. 21 (AL $XXV^{2}$ 132; Z c. 6, 1031*b* 21-27).
[166] Cf. supra n. 77.



Aliud inconveniens: quod *a* esset passio sui si ens aliquo modo praedicaretur in quid de *a*; quidquid enim est passio superioris, et inferioris, licet non primo. Et per consequens *a* esset demonstrabile propter quid de se ipso per ens tanquam per medium. Quia passio, quae est primo superioris, est demonstrabilis propter quid de quolibet inferiori per illud superius tanquam per medium. Ergo *a* esset simpliciter notius de ente quam de se ipso, et esset proprie quaestio: 'propter quid *a* est *a*?', quia esset terminabilis per demonstrationem propter quid, quod est contra PHILOSOPHUM VII huius, cap. ultimo[167]. Videtur ergo quod ens secundum totam communitatem ad decem genera non sit subiectum alicuius scientiae.

[27] Si dicatur ad hoc quod ens in communi, secundum quod ens, 88
dicitur habere in communi aliquam passionem[168], quia quodlibet ens in quantum ens habet aliquam passionem extra essentiam suam; (aliud est enim in quolibet entitas eius, aliud unitas vel actualitas), — contra istam responsionem dupliciter:

Primo, videtur concedere propositum quod ens secundum totam communitatem sui non sit subiectum, quia non habet sic passionem, licet quodlibet particulare ens consideratum secundum quiditatem suam habeat aliquam passionem.

Secundo, quia sequitur idem esse passionem sui, vel circulariter idem esse passionem et subiectum, quorum utrumque est impossibile. — Probatio consequentiae: cum omnia entia sint finita

1 a] ens G | sui] *add.* ipsius EF | si] *add.* enim DFM | aliquo modo *om.* M 2 in quid *post* a GHK | enim *om.* G | est] *mg.* $G^{2}$ *om.* C | passio] *mg.* $G^{2}$ 3 licet] sed DFH | a] ens G | demonstrabile] demonstrabilis DFM 4 quid] *add. mg.* de quolibet inferiori et ita $L^{2}$ | per ens *om.* A | Quia] Quae A | Quia – medium *om.* K 5 primo] passio H *om.* A | superioris] superior A 6 inferiori] inferiore CE | a] *lin.* $M^{2}$ 7 esset] est A | proprie quaestio] praedicatio L 8 a — quid] *mg.* $L^{2}$ | esset] est *mg.* $L^{2}$ | terminabilis] demonstrabilis (*mg.* $L^{2}$) $EL^{2}M$ 9 quod] *lin.* $M^{2}$ | huius *om.* G | ultimo *om.* G 10 totam] *add.* suam AGHK 12 ad hoc *om.* AF | ens *om.* G | in – ens *post* passionem K 13 in communi] *ante* dicitur E *om.* AKL | in – habet *om.* G | aliquam] aliam H' *restit. mg.* $H^{2}$ | quia – passionem] *mg.* $K^{2}$ *om.* H | ens] *lin.* $L^{2}$ *om.* $K^{2}$ 14 ens *om.* F | essentiam suam] s. e. H 15 enim] *ante* est FHL *om.* G | eius *om.* A | unitas] veritas H | vel] et A | actualitas] accidentalitas AE *add.* etc. A 16 istam] illam BL | responsionem] rationem B'CFG *restit. lin.* $B^{2}$ | dupliciter] tripliciter C *om.* H 17 Primo *post* videtur M *add. lin.* quod $B^{2}$ | propositum] *ante* videtur B *add. lin.* scilicet $L^{2}$ 18 communitatem] quiditatem M | sui] suam LM | sit] *add.* verum K | non$^{2}$] nullam A | sic] *mg.* $H^{2}$ 19 passionem] *add.* aliquam E | particulare ens] e. p. H 20 suam *om.* F | aliquam passionem] p. a. BE 21 Secundo quia] Item secundo A 22 subiectum] *add.* respectu eiusdem A 23 finita] infinita F

[167] **Aristot.**, *Metaph.* VII t. 59 (AL $XXV^{2}$ 154; Z c. 17, 1041*a* 14-15).
[168] Cf. **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 5 (AL $XXV^{2}$ 63; Γ c. 2, 1004*b* 16-17): "... sic et enti in quantum ens est quaedam propria, et ea sunt de quibus est philosophi perscrutari veritatem".

(accipiantur, gratia exempli, tria *a b c*), secundum responsionem quodlibet illorum habet passionem. Sit ergo *b* passio *a*, et *c* passio *b*. Si *c* habet aliquam passionem, aut igitur se ipsum, et hoc est unum inconveniens; aut *a* vel *b*, et ita est circulus, et ita est aliud inconveniens.

89 Responsio ad haec: Sit *a* unitas, *b* actualitas: neutrum sequitur inconveniens. Unitas enim est aliquod ens in actu denominativa praedicatione. Similiter actualitas est aliquod unum denominativa praedicatione. Nec est hic circulus, quia unitas in universali denominatur ab actualitate aliqua, et ita actualitas in communi non denominatur ab unitate in communi, sed actualitas in communi aliqua unitate.

90 Contra: si unitas in communi denominatur ab aliqua actualitate sicut a passione, ergo et quaelibet unitas, licet non primo, quia passio communioris est passio cuiuslibet inferioris, licet non primo. Et actualitas in communi denominatur ab aliqua unitate sicut a passione, secundum responsionem. Ergo aliqua eadem unitas respectu actualitatis est subiectum et passio.

## [II. — Quomodo substantia potest esse subiectum Metaphysicae
## A. — Expositio opinionis]

91 Propter istas rationes[169] videtur concedendum quod ens, secundum [28] totum ambitum suum prout dicitur de decem generibus, non sit hic subiectum. Tum quia nullam unitatem habet maiorem quam

1 accipiantur] accipiuntur H accipitur K | gratia exempli *post* tria A | tria *om.* K | responsionem] rationem BCG | quodlibet] quodcumque BE 2 illorum] istorum ADF eorum G | et] *lin.* $E^{2}$ | $passio^{2}$] *add.* ipsius A | Si] *add.* igitur A | $habet^{2}$] habeat D haberet M 3 aliquam passionem] p. a. M | igitur *om.* A | et *om.* A | est unum inconveniens] inconveniens primum A *add.* scilicet quod idem erit passio sui M 4 a] *add.* (*exp. lin.* $G^{2}$) et c passio prius fit G' | est *om.* A | circulus] *add.* in ens G | $et^{2}$] *lin.* $G^{2}$ | $ita^{2}$] illud A sic F | $est^{2}$ *om.* FGH 5 ad haec *om.* H | b] *add.* vero A 6 in *om.* A 7 aliquod] aliquid A 8 est hic] h. e. BE | in universali] *mg.* $G^{2}$ 9 actualitate aliqua] aliq. a. CH | in communi] *mg.* $A^{2}$ *om.* GKL | non *om.* F | non – communi-2 *om.* M 10 actualitas in communi] *exp. lin.* $A^{2}$ *om.* BCE 11 aliqua] *add.* in communi K 12 actualitate] unitate D'FM *restit. lin.* $D^{2}$ 13 ergo] *spat. vac.* G | et *om.* E 14 communioris] superioris BE' *restit. lin.* $E^{2}$ | licet] *lin.* $G^{2}$ 16 responsionem] rationem GH | eadem *om.* A 20 istas] illas L | rationes] responsiones K | videtur] *add.* esse A 21 suum *om.* G 22 quia] *mg.* $H^{2}$ | nullam] istam G' *restit. lin.* $G^{2}$ | maiorem *om.* G

[169] Cf. supra n. 85-90; **Duns Scotus**, *Porph.* q. 3 n. 17: "Sicut unitas metaphysicae est ab unitate substantiae ad quam alia entia attribuuntur".



habeant decem praedicamenta, cum non habeat conceptum communem ad illa, licet accidentia attribuantur ad substantiam. Tum quia secundum totam communitatem suam non potest habere aliquam proprietatem — ut probatum est[170] dupliciter — propter diversitatem essentialem passionis a subiecto, et quia idem foret passio sui vel circulus foret in passionibus et subiectis, quod est contra PHILOSOPHUM I *Posteriorum*, cap. 'De statu principiorum[171]': "Non est hoc huius qualitas et illud huius", ubi sequitur de qualitate[172]: "Nullum aliorum", scilicet subiectorum, "nisi secundum accidens praedicabitur".

92 Ex his sequitur quod oportet ponere aliquod unum, quod potest habere proprias passiones de ipso demonstrabiles propter quid, esse subiectum huius scientiae, quia haec est scientia una et scientia propter quid. Oportet etiam illud unum esse primum ens ad quod omnia alia attribuuntur, alioquin non considerat ista scientia de omnibus entibus. Probatio consequentiae: omnis enim scientia considerans multa per se — non ut passiones vel causas —, vel est de communi ad illa ut de subiecto, vel de primo ad quod alia attribuuntur. Consequens autem probatum est esse contra intentionem PHILOSOPHI supra, quando arguitur pro opinione AVICENNAE[173]. Illud autem quod habet omnes illas condiciones non est nisi substantia; illud ergo ponendum est hic proprium subiectum.

1 habeant] habent ADF | habeat] habeant CEKM | conceptum communem] comm. c. GHK 2 illa] ista E'FGH *restit. lin.* $E^{2}$ | licet] *lin.* $B^{2}$ | accidentia] actus G' *restit. mg.* $G^{2}$ | attribuantur] attribuuntur G 3 totam] omnem D | totam communitatem suam] s. c. t. A | aliquam *om.* DFM 4 dupliciter] *del. lin.* $B^{2}$ | propter] *add.* scilicet A 6 circulus] circularitas L 7 cap.] *add.* illo A | principiorum *om.* A | hoc] haec G | huius] huiusmodi BF 8 huius] huiusmodi (*lin.* $E^{2}$) $BE^{2}$ *add.* primi DFM *add.* etc. G | ubi – praedicabitur *om.* G | de – nisi] *mg.* $B^{2}$ *om.* C | qualitate] aequalitate L | Nullum] Omnium *mg.* $B^{2}$ 9 scilicet *om.* AEM | nisi *om.* E | praedicabitur] probabitur M 10 his] istis DF | ponere *om.* A 11 potest] possit F 12 huius] istius GK | $scientia^{2}$] *add.* et B 13 Oportet] Sed K | Oportet ... esse] Sed ... est CDFM | etiam illud] i. e. DFM | unum] ens A | ens *om.* A 14 alia *om.* GH | attribuuntur] attribuantur A | considerat] consideraret GKL consideret H esset A | ista] illa HL | scientia *om.* F 15 entibus] *add.* ista scientia F | Probatio consequentiae] *mg.* $L^{2}$ *om.* BCGHK | omnis enim] quia omnis AGHK cum enim C | considerans] quae considerat B 16 communi] omni G 17 primo] illo H | quod] *add.* omnia AF | alia] omnia GK 18 autem *om.* FG | est] *ante* probatum F 19 supra] sive K | pro opinione] contra opinionem A 20 omnes *om.* B | illas] istas ADEFM *om.* B | ergo] *ante* illud A autem DF *om.* L 21 hic *post* subiectum A | proprium subiectum] s. p. BE *add.* et primum L *add.* ibidem B

[170] Cf. supra n. 88.
[171] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 22 (AL $IV^{1}$ 46; A c. 22, 83*a* 36).
[172] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 22 (AL $IV^{1}$ 47; A c. 22, 83*b* 10-11).
[173] Cf. supra n. 74-78. 84.

93 [29] Istud confirmatur per PHILOSOPHUM in IV, ubi postquam distinxit ens, et qualiter ista scientia considerat omnia entia, quia una scientia est omnium dictorum ad unum, subdit[174]: "Ubique vero primi proprie est scientia, ex quo alia pendent et propter quod dicuntur". Et concludit ex hoc[175]: "Ergo si hoc est substantia, substantiarum oportet principia et causas habere philosophum".

94 Item, in principio VII, postquam probavit substantiam esse primum entium cognitione, definitione et tempore, concludit[176]: "Quapropter nobis maxime et primum et solum, ut est dicere, de sic ente", scilicet de substantia, "speculandum est". Bene autem dicit "solum ut est dicere", quia non solum considerat ista scientia de substantia, quamvis illud solum sit principale subiectum, sed considerat etiam de omnibus aliis in quantum attributa sunt ad substantiam.

95 Item, in IV, cap. 2, dicit PHILOSOPHUS[177] quod "tot partes sunt philosophiae, quot substantiae", innuens per hoc quod secundum distinctionem substantiae, ut principalis subiecti, distinguitur scientia haec.

96 [30] Omnes autem auctoritates, quae adductae sunt prius[178], quod haec scientia est de ente in quantum ens, concedendae sunt hoc modo: quia scientia quae est de primo aliquo tanquam de proprio subiecto, considerat etiam de attributis ad primum, non tanquam de principali subiecto, sicut exemplificat PHILOSOPHUS, IV de sano[179]. Unde in principio IV, ubi principaliter praefigit subiectum secundum

---

1 Istud] *praem.* Item A Item F | in *om.* CG | IV] *add.* huius BE | ubi] *lin.* G$^{2}$ 2 ista] illa H 4 est] in M | pendent] dependent ADFM | et – dicuntur] etc. G | quod] *add.* alia BE 5 hoc est] e. h. E | substantia] scientia BE'M *restit. mg.* E$^{2}$ *om.* L | substantiarum] scientiarum BE' *restit. mg.* E$^{2}$ 6 oportet] *add.* ponere B | principia et causas] c. et p. A | causas] causam K 7 VII *om.* BE | substantiam] sub materia C | esse *om.* F 8 primum] principium CG *add.* vel principium H | entium] omnium B *add.* omnium E 9 et$^{2}$ *om.* K | de – dicere] *mg.* E$^{2}$ | sic] hoc B 10 scilicet] id est GK | de *om.* DE$^{2}$FM | Bene autem *om.* DE$^{2}$FM 11 ut] modo *mg.* E$^{2}$ | considerat *post* scientia C | ista] illa G 12 sit] *add.* principium K | principale *om.* A 14 de *om.* L | in *om.* AG 15 sunt] *ante* partes DFM *post* philosophiae E | innuens *post* hoc A | per] in B 16 distinguitur] distinguatur DFM 17 scientia haec] h. s. AK 18 autem] igitur AHK *om.* FG | prius] *ante* adductae F 20 quae *post* est K *om.* L | aliquo] subiecto BCE *om.* L | tanquam de proprio *om.* L 21 primum] illud GHK 22 Philosophus] *add.* (*lin.* B$^{2}$) in B$^{2}$DFH | IV] *add.* huius A 23 in] *lin.* G$^{2}$

[174] **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 2 (AL XXV$^{3}$ 68; Γ c. 2, 1003*b* 16-17): "Ubique vero proprie primi est scientia, et ex quo alia pendent et propter quod dicuntur".
[175] **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 2 (AL XXV$^{3}$ 68; Γ c. 2, 1003*b* 18-19); cf supra n. 18. 67.
[176] **Aristot.**, *Metaph.* VII t. 5 (AL XXV$^{3}$ 133; Z c. 1, 1028*b* 6-7): "Quapropter nobis maxime et primum et solum ut est dicere de sic ente speculandum est quid est".
[177] **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 4 (AL XXV$^{2}$ 62; Γ c.2, 1004*a* 2-3).
[178] Cf. supra n. 68-71.
[179] **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 1 (AL XXV$^{2}$ 60; Γ c. 1, 1003*a* 35-*b* 3).



COMMENTATOREM[180], postquam dixit hanc scientiam esse de omnibus entibus, subdit exponendo se quid sit proprium subiectum, quia primum "ex quo alia dependent", ut praeallegatum est[181]. Non solum autem est substantia primum, sed et passiones hic consideratae communes primo ei insunt, et per naturam eius attribuuntur aliis posterioribus. Alia etiam a substantia non solum hic considerantur tanquam passiones demonstrabiles de substantia, sed etiam in quantum quaedam entia in se habentia passiones; unde et passiones ipsorum de ipsis in hac scientia possunt demonstrari. Non est enim inconveniens passionem alicuius subiecti prioris posse esse subiectum alicuius passionis posterioris, sicut apparet in accidentibus ordinatis; duplici enim ratione considerantur accidentia in ista scientia. – Unde omnes rationes ad utramque partem adductae concludunt unam veritatem. Primae[182] quod haec est de omnibus entibus. Aliae[183] quod non de omnibus istis tanquam de uno, nec de aliquo communi omnibus istis, sed de aliquo primo ad quod alia attribuuntur.

## [B. – Instantiae contra hanc opinionem earumque refutatio]

[31] ¶ Sed[184] contra praedicta instatur: si enim substantia ponatur 97
subiectum in metaphysica, de qua passiones metaphysicales ostendun-

---

1 hanc *post* scientiam K *post* entibus BE 2 subdit] subdidit A 3 primum] primo F | dependent] pendent BCEL | praeallegatum] probatum DFM 4 solum autem] a. s. DF | et] etiam CKL *om.* BDEFM 5 attribuuntur aliis] aliis a. A 6 etiam *om.* G | hic *post* considerantur DHM *om.* FK 7 etiam *om.* BDEFM 8 entia] *add.* per se et F | et] etiam A 9 de ipsis *post* scientia BE | possunt demonstrari] *ante* in H | est enim] enim est BCH 10 passionem] passiones L 11 passionis posterioris] poster. p. EG | sicut] ut G | in] *add.* passionibus AD'EF' *not.* vel: ly D *not.* alias: in F | accidentibus] *lin.* E$^{2}$ *om.* A | duplici] triplici A 12 enim] *lin.* D$^{2}$ *om.* G | ista] illa G hac AEK *post* scientia DFM 13 rationes] *ante* omnes K auctoritates B | partem *om.* F | adductae] *ante* ad G | unam *om.* F 14 Primae] *add.* rationes A | quod] quia EHK | est] *add.* scientia BEH | entibus *om.* F | Aliae] *add.* rationes A *add.* sint M 15 istis] entibus A | istis – omnibus *om.* B | de *om.* M | de$^{2}$ – sed] *mg.* D$^{2}$ | omnibus$^{2}$ istis] i. o. E 16 quod] *add.* omnia AFGHK 19 Sed] *text. sign. mg.* usque infra maius 'M' (*sign.* 'M' *deest infra*) A Extra B$^{2}$ | contra] *add.* ista GH *add.* illa K | substantia] K$^{2}$ 20 qua] quo B | ostenduntur] ostendentur C ostendantur DF

[180] **Averroës**, *Metaph.* IV com. 2 (ed. Iuntina VIII f. 31*vb*): "Si igitur hoc prius sit substantia... Si igitur prius decem entium est substantia... et philosophus est ille, qui scit primas causas omnium, necesse est ut cognitio principiorum substantiae sit accepta in definitione philosophi".
[181] Cf. supra n. 93.
[182] I. e. rationes de quibus in n. 91.
[183] Videlicet, rationes adductae in n. 92-95.
[184] Hic notat **Mauritius** (ed. Vivès VII 39*a*): "Consequenter ibidem infra 'Sed contra praedicta instatur', vel secundum alios ibi (n. 110) 'Tenendo quod Deus sit subiectum' etc. usque ad finem quaestionis ponitur Extra in aliquibus originalibus"; cf. lectiones variantes infra ad n. 110.

tur, dic ubi demonstratur aliqua conclusio de substantia? Dices quod in principio VII[185], ubi ostenditur quod substantia est primum ens tripliciter.

98 Contra: cuius generis est ista passio demonstrata de substantia? Non quantitatis, quia quantitas non inest omni substantiae; nec alicuius generis posterioris, quia illa omnia praesupponunt quantitatem.

99 Respondeo quod haec passio, scilicet 'primum omnium', est relatio; et relatio non praesupponit quantitatem. Quia substantia, si non est prima nisi ut est sub quantitate, ergo non est prior quantitate, sicut homo albus non est prior albedine.

100 Contra: in V huius[186] ponuntur tres modi relationum tantum, qui praesupponunt quantitatem.

101 Item, per quod medium fiet demonstratio demonstrans passionem de substantia in communi? Non per definitionem, quia eam non habet – et tamen ponitur quod potissima demonstratio est per definitionem[187] –, ergo haec non est certissima scientia.

102 Item, per differentiam, ut medium, nihil videtur demonstrari de substantia. In qua enim figura hoc fieret?

103 Ad hoc potest dici quod forte de subiecto scientiae proprie [32]
dictae sunt multa vera, quae accipiuntur de libro *Posteriorum*[188]. Illud enim est subiectum conclusionis demonstrationis qua concluditur passio eius de ipso. Sed accipiendo scientiam aliter, prout est una

1 dic] de C | conclusio] passio EF | de substantia] *ante* aliqua A | substantia] *add.* sive concluditur aliqua conclusio F | Dices] *praem.* Si F Dicis DF Dicit C 3 ens] omnium entium A 4 ista] illa GHK *om.* A | de substantia *om.* C 6 illa *post* omnia HK ista BE alia DFM 8 quod] quia K | scilicet *om.* AGHK | primum] prima HK | omnium] omni quantitate L 10 ut] ubi K | est$^2$ *om.* C | ergo *om.* DFM | non] nec D | prior] *ante* non BCEHL 11 sicut] ut H | homo] huius G | prior] prius H 12 in *om.* G | huius *om.* A | ponuntur – tantum] t. tres m. r. p. A | relationum] relativorum ABE 13 praesupponunt] supponunt H 14 fiet] fit BH fieret F | demonstrans] demonstrando E *om.* B | passionem] passionis B 15 eam *post* habet E 16 non] *mg.* B$^2$ | et] nec G | potissima demonstratio] d. p. G | est *om.* GK 18 differentiam] demonstrationem A | ut] *add.* per A 19 enim *om.* F | hoc] haec BE | fieret] fiet L 20 forte] *ante* potest E 21 de] in H | Illud] Aliud L 23 ipso] eo B | prout] *mg.* H$^2$ | est *om.* K

[185] **Aristot.**, *Metaph.* VII t. 4 (AL XXV$^2$ 123-124; Z c. 1, 1028*a* 32-33): "... sed substantia omnium primum, notitia et ratione et tempore".
[186] **Aristot.**, *Metaph.* V t. 20 (AL XXV$^2$ 103; Δ c. 15, 1020*b* 26-32).
[187] Cf. **Aristot.**, *Anal. post.* II c. 8 (AL IV$^1$ 80-81; B c. 8, 93*a* 1-13).
[188] Cf. **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 4 (AL IV$^1$ 12-13; A c. 4, 73*a* 35-*b* 16).



aggregatio tradita de cognitione multorum cognoscibilium, simplicium et complexorum, principiorum et conclusionum – sicut geometria dicitur una scientia –, sic subiectum scientiae dicitur unum commune ad omnia illa subiecta scientiae proprie dictae, vel unum primum ad quod omnia alia attribuuntur. Pone enim unam scientiam demonstrantem de figura omnes passiones eius in communi; aliam quae demonstret omnes passiones specierum figurae de ipsis. Haec videtur subalterna primae, nec in hac aliqua passio ostenditur de figura in communi, et tamen huius subiectum videtur esse figura in communi, quia illud solum est commune ad omnia considerata in illa scientia. Si haec distinctio est bona, Deus potest poni hic subiectum sicut in theologia[189], licet nulla passio de se sit demonstrabilis, quia omnia considerata hic reducuntur ad ipsum ut ad simpliciter primum.

### [C. – Quaestiuncula subordinata: Suntne aliqua principia de posterioribus consideratis in Metaphysica?]

Sed sive Deus sive substantia ponatur hic subiectum, numquid 104
de aliis posterioribus hic consideratis sunt aliqua principia simpliciter?

Videtur quod non:

Quia omnia posteriora, quoad quodlibet quod inest eis, habent causam.

[33] Responsio: de posterioribus vere sunt principia complexa, 105
propositiones scilicet immediatae. Ita enim immediate inest definitio

1 tradita de cognitione] scitorum vel una aggregatio A | cognoscibilium] *add.* et BE 2 complexorum *post* principiorum E *add.* et M | principiorum] *add.* scilicet A 3 dicitur] est BE | scientiae] *lin.* E$^2$ *ante* subiectum G *om.* B | dicitur$^2$] est DEFM | unum – primum] *mg.* E$^2$ 4 illa *post* subiecta (*mg.* E$^2$) DE$^2$F | subiecta – alia] *mg.* B$^2$ | dictae] dicta M 5 alia] *mg.* B$^2$ illa CEKLM | unam scientiam] s. u. BE | demonstrantem de figura] de f. d. DFM 6 eius – passiones *om.* B 7 demonstret] demonstrat DFHM 8 subalterna] subalternata M | aliqua] alia CH | ostenditur] *ante* aliqua ADFM 9 et *om.* BDFLM | et – communi *om.* CH | esse *om.* DFM 10 solum] subiectum DFHM | est *om.* F | omnia *om.* BF | illa] hac DFM 11 Si] *praem.* Sed HL Est L | haec] ista GH illa K | est] sit B | hic] *ante* poni H *post* subiectum F 12 nulla] nostra H' *restit. mg.* H$^2$ | de se] se ipso AGHK *om.* DF 16 Deus ... substantia] substantia ... Deus A | substantia] *add.* aliqua F 17 aliqua] alia BH *om.* E 19 Videtur *post* non F 20 omnia] quaelibet G | quoad] quantum ad H | quodlibet] quidlibet BCDLM | inest] est in DFM 22 sunt] sint M 23 propositiones scilicet] s. p. E | immediate inest] inest i. H

[189] Cf. **Duns Scotus**, *Lectura* prol. p. 2 q. 1-3 n. 77-88 (XVI 29-32); *Ordinatio* prol. p. 3 q. 1-3 n. 151-171 (I 102-114).

numeri numero sicut anguli angulo. Unde in V, cap. 'De per se[190]': "Hominis multae sunt causae", sed quare homo est homo, nulla. Tunc concedo quod posteriora sunt causata secundum se, et quidlibet sui simpliciter; tamen compositiones aliquae de eis non habent alias compositiones priores causas veritatis per quas possunt demonstrari, alioquin esset tantum unum principium proprium in una scientia, in quo definitio subiecti de ipso praedicaretur.

106 Contra: per principium aliquod de quantitate demonstrantur passiones quantitatis sicut per principium de substantia passiones substantiae. Igitur si principia sint aeque prima, quia nullum est causa alterius, et conclusiones erunt aeque primo scibiles, et ita aeque primo est scientia haec de substantia et quantitate.

107 Item, numquid aliqua veritas complexa increata est causa veritatis complexae creatae, sicut incomplexa incomplexae, cum nulla sit Deus?

108 Ad primum[191]: quod principia non sunt aeque prima, licet nullum alterius veritatis sit causa, sicut patet de unitate et puncto. Nec etiam ambo secundum se aeque nota, quia principia sunt notiora quae habent terminos notiores, et termini unius sunt notiores naturaliter terminis alterius; ita etiam una est verior aliá. Unde immediatorum est ordo in veritate, licet non causalitas. Sic etiam est de

1 numeri] *lin.* $G^2$ *mg.* $K^2$ | in *om.* G 2 multae sunt] s. m. E | sed] et B | nulla] *add.* est AD | Tunc] *lin.* $G^1$ 3 concedo] concipio L | causata] *ante* sunt BE creata L 4 compositiones] opiniones H' *restit. mg.* $H^2$ | de eis *om.* C | alias *post* compositiones E aliquas H 5 possunt] possint AEFG *add.* verificari sive F 6 esset] *mg.* $H^1$ 7 de ipso *om.* K 8 per] *add.* primum HK 9 quantitatis] de quantitate CF de quantis A | per *om.* F | principium] principia ADM *om.* F | substantia] *add.* eius A *add.* demonstrantur H 10 substantiae] *ante* de A *om.* L | sint] sunt CL | prima – aeque *om.* K | nullum] nulla L | est *om.* A | causa] principium F 11 aeque *om.* CFLM | primo scibiles] s. p. H 12 est] erit GHK | haec] *ante* scientia DFGM hic H | et] *add.* de A 13 aliqua *post* veritas H alia B | complexa] incomplexa est A | increata] incausata BE | est *om.* ACGL | causa – incomplexae] = AHKρυ *om. rell.* 14 creatae] causatae A | cum – Deus *om.* HK 16 Ad] *praem.* Respondeo H | sunt *om.* G | licet] quamvis A 17 nullum] enim M | alterius – causa] sit c. a. v. GHK 18 se *om.* K | aeque] *ante* secundum CDELM *om.* B | notiora] nobiliora M' *restit. lin.* $M^2$ 19 notiores] nobiliores M' *restit. lin.* $M^2$ | et – naturaliter *om.* H 20 naturaliter] *ante* sunt A supernaturaliter L | etiam *post* una DM *post* est F | est] *ante* una A | verior] prior A | alia] altera EGM | immediatorum] in eis $H^1$ 21 causalitas] *add.* in talitate(!) C | Sic] Ita A | de] in C

[190] **Aristot.**, *Metaph.* V t. 23 (AL $XXV^3$ 116; Δ c. 18, 1022*a* 33-35): "Amplius cuius non est aliqua alia causa; hominis enim multae sunt causae, animal, bipes; attamen secundum se homo homo est"; cf. **Thomas**, *Metaph.* V lect. 19 (ed. Parmen. XX 425*b*): "Tamen huius propositionis, homo est homo, cum sit immediata, nihil est causa; et propter hoc homo est homo secundum se".
[191] Cf. supra n. 106.



articulis fidei, quorum non omnes sunt aeque primi, quia non sunt de Deo immediate. Et tamen omnes simpliciter sunt principia theologiae et simpliciter indemonstrabilia.

Ad secundum[192]: veritas complexa causatur a Deo, quia termini causantur a Deo, qui sunt causa veritatis complexae. Sed non quia 'Deus est Deus' ideo 'homo est homo', licet a Deo sit homo[e]. 109

## [III. – Quomodo Deus potest esse subiectum metaphysicae]

[34] Tenendo quod Deus sit hic subiectum, aliter est hoc ponendum quam ponit AVERROËS. 110

[e] *Sequitur adnotatio interpolata:* Nota[193] hic quinque. Primum de ordine novem generum accidentium inter se: quare specialiter relationis ad alia? Secundum de medio demonstrationis potissimae. Tertium de distinctione scientiae. Quartum, iuxta hoc, quomodo Deus potest poni subiectum? Et hic quaere ad solutionem primi argumenti contra opinionem COMMENTATORIS[194]. Illud enim concludit contra subiectum theologiae. Tam enim ratio faciens fidem conclusionis ex praemissa credita quam demonstratio concludit aliquid de subiecto per medium aliud ab extremis. Quintum, quomodo est ordo principiorum immediatorum?

1 non omnes] o. n. A | primi] prima H | quia] qui C 2 Deo] *add.* aeque A | Et *om.* M *add.* si E | tamen] si D | simpliciter *post* sunt C *post* principia K 3 indemonstrabilia] indemonstrativa L 4 causatur] creatur L | quia] *lin.* $M^2$ | termini] non L 5 causantur] creantur L | a Deo] *mg.* $E^2$ *om.* BGHKLM | causa] causae BDE | non] *add.* est K 6 $est^2$] *add.* hominibus K | licet] sed E' *restit. lin.* $E^2$ 9 Tenendo – etc. (*fin.* n. 163)] *text. sign. mg.* Extra usque ad (in $E^1$) finem quaestionis $B^2E^1$ | Tenendo – metaphysica] *mg.* $J^1$ *text. sign. mg.* 'A' $J^1$ | aliter] *add.* hic K | hoc] hic AGHL 10 ponit] ponat AKM 11 Nota – immediatorum] = AEGJKN *Maur.* [Maur. = ψ] (*scrip. in ima col.* EGK) *om. rell.* ρυ *text. sign.* (*in imo f.*) additio quae intrat secundum alia exemplaria ibi E *text. sign. mg.* $J^2$ | Nota hic] Hic n. GK | hic – primum *om.* ψ | quinque] *add.* specialiter G | Primum] Primo E *om.* GK | novem generum] g. n. Jψ 12 inter se *om.* A | se quare] quas N | quare *om.* ψ | Secundum] Item Jψ | demonstrationis] relationis E 13 potissimae] positivae E | Tertium] Item Jψ | distinctione] definitione G | Quartum] *praem.* Item N Item Jψ | iuxta hoc *om.* AE 14 potest] *ante* Deus N *add.* hic A | poni] esse GK *add.* vere K | Et – subiectum *om.* ψ | quaere] respondet GK | solutionem] responsionem AN | solutionem primi argumenti] primum argumentum sive GK primum J 15 enim] non E | concludit] concluditur E concludetur G concluderet K 16 faciens] caritatis(!) K | conclusionis *om.* A | credita] tradita AEJ | quam demonstratio] qua Deo J 17 aliud *om.* J | extremis] extremo ψ | Quintum] *praem.* Item ψ Item JN

[192] Cf. supra n. 107.
[193] Haec adnotatio habetur in adnotationibus [= ψ] Mauritii de Portu (ed. Vivès VII 39*b*) cum aliquibus lectionibus variantibus; dicit enim Mauritius "in aliquibus originalibus habentur haec verba in margine in hac quaestione"; cf. supra n. 97-109.
[194] Cf. supra n. 30.

Circa quod duo sunt facienda. Primo ostendetur quomodo peccant AVERROËS et AVICENNA in opinionibus suis, et secundo dicetur modus quo Deus potest poni subiectum in metaphysica.

### [A. – Quomodo peccant Averroës et Avicenna]

111 Circa primum sciendum quod AVICENNA et AVERROËS habent hanc propositionem communem: 'nulla scientia probat suum subiectum esse[195]'. – Secundo, AVICENNA dicit tantum philosophiam primam posse probare Deum esse, non naturalem. – Tertio, AVERROËS ponit e contra quod tantum in scientia naturali hoc declaratur, non in prima philosophia. – Quarto, AVICENNA ponit Deum non esse subiectum in metaphysica. – Quinto, AVERROËS ponit genus entium separatorum ibi esse subiectum.

112 Contra primum[196] istorum arguitur sic: scientia quia demonstrat suum subiectum esse, quia per effectum demonstratur aliquid de causa sic: ex hoc enim quod effectus non potest esse sine tali condicione in causa, effectus non potest esse sine esse causae; ergo causa est. Patet etiam quod primum conclusum de causa per effectum est esse; sed scientia quia praesupponit conceptum aliquem apud intellectum de subiecto, et de illo conceptu arguit primo quod sit, secundo quod alia sibi insunt.

113 Contra secundum et tertium[197] simul: omnis proprietas con- [35] siderata de effectu, quam impossibile est sibi inesse nisi talis causa

1 Primo] *add.* enim DFGM | ostendetur] ostenditur B | quomodo] quod B 2 Averroës et Avicenna] Avic. et Aver. AGHK | opinionibus] operationibus H' *restit. lin.* $H^2$ | $et^2$ *om.* D 3 Deus *om.* DFM | poni] *add.* quod Deus sit DFM 5 Circa primum] *add.* est AGHK | sciendum] notandum H | et *om.* L 6 hanc propositionem] p. h. BE | communem] *add.* quod EF 7 dicit] ponit DFHM *om.* CGK 8 probare] E' demonstrare (*lin.* $E^2$) $DE^2F$ | Deum esse *om.* B | Tertio *post* Averroës BE Sed L 9 e] *lin.* $E^2$ *om.* B | contra] converso DFHM *om.* B | quod] *lin.* $B^2$ quia H | tantum *om.* H 10 non *om.* M | prima philosophia] p. prima BDEFM | Quarto *om.* L | Deum – ponit] *mg.* $M^2$ 11 in metaphysica] *add.* cap. 1 H | Quinto] Sed L *om.* H 12 ibi esse] e. ibi DFM 13 quia *om.* K 14 suum subiectum] sub. s. B | esse *om.* C 15 sic *om.* EL | enim *om.* F 16 causa] *add.* (*mg.* $E^2$) sequitur quod $DE^2$ | ergo] *add.* conclusio F 17 etiam] igitur H 18 aliquem] *ante* conceptum E *add.* talem F *add.* communem H 19 intellectum] intentionem E | illo] subiecto DFM primo G isto primo H | conceptu] concepto DFM | primo] *lin.* $M^2$ *om.* DF | sit] sic D 22 quam – effectu *om.* C | sibi inesse] i. s. A | talis causa] c. t. K

[195] Cf. **Avicenna**, *Metaph.* I c. 1 (AviL 4): "... quoniam subiectum omnis scientiae est res quae conceditur esse, et ipsa scientia non inquirit nisi dispositiones illius subiecti"; **Averroës**, *Physica* I com. 83 (ed. Iuntina IV f. 22*vb*): "... quod impossible est aliquam scientiam declarare suum subiectum esse, sed concedit ipsum esse, aut quia manifestum per se, aut quia demonstratum in alia scientia".

[196] Cf. supra n. 111.

[197] Cf. supra n. 111.



sit, concludit causam esse 'quia'; sed tam proprietas considerata in scientia naturali quam in ista de effectu non potest sibi inesse nisi primum movens sit et nisi primum ens sit; ergo utraque scientia potest probare ipsum esse. Tamen ista immediatius, quia generales proprietates entis creati, secundum quod considerantur hic, magis ducunt in cognitionem positivam perfectionum primi entis per excellentiam quam speciales condiciones consideratae in aliis scientiis. Quia illae magis ducunt in cognitionem privativam vel aliquam positivam minus excellentem; minus enim excellens videtur primitas movendi tantum quam esse primum ens simpliciter. Unde uterque negetur quoad secundum et tertium, sed magis AVERROËS. – Hoc etiam probatur specialiter contra ipsum, quia tunc illa quae est simpliciter conclusio in physica, esset hic simpliciter prima propositio omnino indemonstrabilis, et ita physica esset prior istá.

Si DICAS: hic non demonstratur propter quid, – nihil ad *b*[198]. 114
Nec in physica. Igitur aequaliter negatur hoc posse demonstrari ibi, sicut hic.

[36] Contra quartum[199] sunt ratio fundata super auctoritatem 115
PHILOSOPHI VI *Metaphysicae*[200] et ultima ratio adducta pro opinione AVERROIS[201] cum confirmatione illius rationis posita in responsione[202] ad eam.

1 sit] insit GHK | esse] *add.* demonstratione A | quia] *lin.* $E^2$ *spat. vac.* H | sed] sequitur M | tam] omnis H | considerata] *add.* tam H 2 ista] illa K | de effectu *om.* F | non] *mg.* $K^2$ | potest] possunt F 3 et – sit *om.* A | potest] *mg.* $L^2$ 4 ista] illa HKL istam M 5 creati] causati A | hic] *ante* considerantur *lin.* $B^2$ | ducunt] dicuntur E' *restit. mg.* $E^2$ dicunt M 6 cognitionem positivam] p. c. DFM | perfectionum] *mg.* $E^2$ perfectionem K *om.* BH | per] *lin.* $E^2$ | quam] tanquam ACFGKM 7 illae] istae A 8 vel] *add.* in BGH | aliquam] aliam H 9 enim *post* excellens A | videtur] *ante* excellens H | movendi – esse] quam esse t. m. E 10 ens] *mg.* $H^2$ | negetur] negatur F | quoad] quantum ad D *om.* H 11 secundum et] = M *om. rell.* ρυ | tertium] hoc tantum L *om.* H 12 ipsum] eum GHK *add.* quoad tertium H | quia *om.* C | est simpliciter] s. e. D 13 in *om.* H | simpliciter *om.* F | omnino *om.* BEK 14 physica *om.* G | esset *om.* K *add.* simpliciter A 15 dicas] dicis DFM dicat KL | ad] aliud M | b] *add.* quia A 16 negatur] negat C nega LM negetur (*lin.* $G^2$) $G^2H$ | hoc] hic A ibi BE | demonstrari] *add.* hic et A | ibi *om.* BE 17 sicut hic *om.* A 18 sunt] est (*lin.* $M^2$) $GHKM^2$ 19 Philosophi] *add.* in ABHKL | adducta] addita EM 20 Averrois] *adnot.* f. 1 col. 3 '.T.' (*mg.*) $E^1$ f. 1 *col.* 4 ibi M | illius] istius F *om.* D | posita] positae E

[198] I. e. nihil ad minorem praemissam: 'sed tam proprietas' etc.; cf. supra n. 113.

[199] Cf. supra n. 111.

[200] Cf. supra n. 14-17.

[201] Cf. supra n. 18.

[202] Cf. supra n. 64.

116 Item, contra ipsum[203] arguitur sic: AVICENNA concedit quod metaphysica est de Deo cum consideret de ipso, et quod est de ente in quantum ens. Sed metaphysicus non intendit considerare de Deo propter considerationem entis in quantum ens, quia Deus non est principium cognoscendi ens in scientia quia.

117 Similiter, tunc ultimus finis huius scientiae non esset speculari causas altissimas et primas, nec in actu sapientiae principali esset felicitas naturalis; ergo metaphysica principaliter considerat de ente propter primum ens. Sed illud est subiectum in scientia, cuius cognitio principaliter quaeritur quantum ad proprietates et perfectiones eius, et etiam quantum ad esse in scientia quia; ergo etc.

118 Ex hac ratione patet quod Deus non consideratur hic ut principium subiecti; sic enim non consideratur aliquid in aliqua scientia nisi sit principium sciendi subiectum in illa, cuiusmodi est nomen respectu propositionis, et natura respectu entis naturalis. Unde glossa[204] ad dicta ARISTOTELIS de VI *Metaphysicae*, adducta pro opinione AVERROIS, parum valet.

119 Rationes etiam pro AVICENNA principales[205], de 'quia est' et 'quid est', nihil valent, cum metaphysica necessario sit scientia quia de Deo, secundum omnes, quia Deus non est aliter a nobis cognoscibilis. [37]

120 Rationes vero de passione et principiis[206] bene solutae sunt prius[207] in sustinendo opinionem COMMENTATORIS.

---

1 ipsum] eum FG | sic *om.* L | Avicenna *om.* L | quod] *mg.* $L^{2}$ 2 metaphysica *om.* BL | est] *mg.* $L^{2}$ | Deo] eo B | cum] *lin.* $K^{2}$ | cum – ipso *om.* L 3 metaphysicus] metaphysica AH 4 quia] quod L | Deus non est] *mg.* $E^{1}$ 5 quia] *lin.* $E^{2}$ 6 Similiter] Sequitur G Sicut K' Sic est *mg.* $K^{2}$ | huius] istius DFM | non] *lin.* $E^{2}$ *om.* B 8 naturalis] *mg.* $E^{2}$ *om.* B | metaphysica] metaphysicus DF | considerat] *ante* principaliter H *om.* F 9 cognitio] consideratio F 10 quaeritur] intenditur F 11 etiam *om.* K | quia *om.* M 12 Ex] *adnot.* Haec ratio solvitur (resolvitur M) f. 2 col. 3 in fine (*mg.* $E^{2}$) $E^{2}$M | ratione] responsione HK *om.* F 13 non *om.* E | aliqua scientia] s. a. BE 14 in] *mg.* $M^{2}$ *add.* scientia E | in – naturalis] ita non est L *om.* DF | illa] *mg.* $M^{2}$ *om.* DF | cuiusmodi] eius K' *restit. mg.* $K^{2}$ | est] *add.* ut H | nomen] nec C natura G inductio M *add.* (*mg.* $B^{2}$) vel $B^{2}$DF *add. mg.* dictio $B^{2}$ *add. lin.* dictio $E^{2}$ 15 naturalis] *mg.* $B^{2}$ *lin.* $E^{2}$ *add.* etc. A | Unde glossa] g. u. C 16 ad *om.* BEH | dicta] dictum C dictorum BE | de *om.* AC | adducta] adductum C ad dicta H *add.* in littera VII B 17 parum] non H 18 Rationes] Responsiones CEFGHLM *restit. lin.* $E^{2}$ | etiam *post* Avicenna A autem E *om.* AG | pro] *lin.* $E^{2}$ *om.* BM | Avicenna] Avicennae M | est *om.* BCEL | et quid est *om.* H 19 nihil] non H *add.* omnino F 20 Deus] *mg.* $L^{2}$ | aliter] alias E 22 Rationes] Responsiones BCFGHLM | passione] passionibus H | et] *add.* primis DFM | bene *om.* GHK | solutae sunt] solventur *ante* bene A 23 in *om.* H | sustinendo] suscipiendo L | Commentatoris] *not. mg.* f. 1 col. 1 $E^{1}$

[203] Videlicet, contra quartum; cf. supra n. 111.
[204] Cf. supra n. 14-15
[205] Cf. supra n. 74-75.
[206] Cf. supra n. 76-78.
[207] Cf. supra n. 25-29.



Ratio vero pro AVICENNA, facta contra COMMENTATOREM superius[208], non valet. Licet enim metaphysica, considerata a parte scibilium, hoc est, si sic sciretur sicut scibilia nata essent sciri, esset scientia propter quid, tamen metaphysica, ut est a nobis scibilis, est necessario scientia quia de Deo, ut patebit[209]. Primam depingit PHILOSOPHUS; vix secundam tradit. 121

Ad illud[210] etiam quod arguit HENRICUS in *Summa*, XIX, 1[211], quod "subiectum in scientia debet esse primum scitum", sub cuius ratione omnia alia sciuntur, sicut obiectum respectu potentiae; Deus autem non cognoscitur hic nisi ex effectibus, quia non ex eius cognitione cognoscuntur alia, – respondeo quod est verum de primo scito, primitate principalitatis et intentionis, non exsecutionis. Patet de nomine et verbo in *Perihermenias*[212]. 122

Item, potest sic argui: notitia scientiae et habitus scibilis virtualiter includitur in notitia subiecti primi et formalis illius habitus, quia in eius notitiam omnia posteriora reducuntur secundum eorum cognitionem. Si ergo ens, et non Deus, ponitur subiectum in metaphysica, sequitur quod notitia sapientialis, quae habetur in metaphysica, virtualiter includitur in notitia entis. Sed impossibile est cognitionem perfectiorem includi virtualiter in cognitione imperfectiori. Ergo 123

---

1 Ratio] Responsio BCFGHL | vero] *add.* prima GHK | pro Avicenna] per Avicennam B | facta] *ante* pro A | contra] *mg.* $K^{2}$ 2 superius] supra A *om.* F | enim *om.* G | metaphysica] mathematica F 3 essent] sunt ADFM 4 tamen] cum E 5 quia *om.* H | ut *om.* B 6 vix *post* secundam E ut (*post* secundam) M | tradit] tradidit AGHL 7 Ad illud] *mg.* $A^{2}$ *om.* H | Ad – Henricus] Responsio Henrici G Ratio etiam habebitur(?) K' Qualiter arguit Henricus *mg.* $K^{2}$ | etiam] ergo (*mg.* $A^{2}$) $A^{2}$C | quod *om.* AHL | XIX] *add.* (*lin.* $E^{2}$) quaestione $E^{2}$K 8 1] 2 K 9 omnia *om.* DF | sciuntur] sciantur DFM 10 hic nisi] n. h. B | non$^{2}$] nec ADFL | ex$^{2}$] in A 11 cognoscuntur] *ante* quia EM | quod] *add.* hoc AGL | est verum] v. e. ABEHM 12 scito] *mg.* $A^{2}$ | primitate] *mg.* $A^{2}$ *lin.* $M^{2}$ | principalitatis] praecognoscibilitatis C | non] *add.* autem A 13 in Perihermenias *om.* C 14 potest sic] s. p. M | notitia] notitiae C | scibilis] scientialis AL scientiae B sciti H 15 includitur] includuntur CE | notitia] notitiam M *add.* scibilis F | subiecti primi] p. s. EFG | formalis] formaliter G | illius habitus] h. i. B 16 eorum] *lin.* $E^{2}$ 17 ponitur] ponatur DFM 18 sapientialis] specialis D' *restit. lin.* $D^{2}$ 19 includitur] includetur DFM includatur EK | notitia] notitiam M | est] *lin.* $G^{2}$ *om.* K | cognitionem] *mg.* $B^{2}E^{2}$ 20 perfectiorem] *mg.* $K^{2}$ | includi virtualiter] v. i. DF

[208] Cf. supra n. 68.
[209] Cf. infra n. 150-151.
[210] I. e. ad quartum; cf. supra n. 111.
[211] **Henricus Gand.**, *Summa* a. 19 q. 1 ad 3 (I f. 115K): "... quia igitur, ut dictum est, subiectum debet esse primum scitum in scientia et in eius consideratione, et post ipsum et sub ratione ipsius omnia alia".
[212] Cf. **Aristot.**, *De interpr.* I c. 2-3 (AL $II^{1}$ 6-7; c. 2-3, 16*a* 19-*b* 25).

cognitio entis perfectior est quam cognitio circa Deum et substantias separatas. Cum igitur in cognitione Dei et substantiarum separatarum ponatur felicitas naturalis, ut patet X *Ethicorum*[213], sequitur quod felicitas consistit in cognitione entis in quantum ens, quod falsum est, cum illa sit imperfectissima. Sic igitur patet improbatio quarti[214], et quomodo positio contraria sustineretur, de quo magis patebit inferius[215], et quomodo ad illa pro quarto respondetur.

124 Sed contra positionem contrariam sunt dubia alia a praedictis, quae inferius tangentur post responsionem ad quaestionem[216]. [38]

125 Contra quintum[217] superius argutum est de univocatione[218], quoniam Deo et Intelligentiis non videtur esse aliquid commune univocum secundum communem opinionem; ergo non potest esse aliqua una scientia de aliquo communi Deo et Intelligentiis.

126 Confirmatur: quia in nullo speciali magis uniuntur Deus et substantiae separatae quam Deus et substantiae corporeae. Ergo si propter aliquam unionem sit totum illud genus entium ponendum unum subiectum, pari ratione et genus substantiarum corporearum.

1 cognitio] conclusio C | perfectior] perfectae L | est] *ante* perfectior BELM erit DF | quam cognitio] cognitione BE | circa] contra K' *restit. mg.* K$^2$ | et] *add.* circa C 3 patet] *add.* ex AM 4 consistit] consistat AH | cognitione] speculatione BE' *restit. mg.* E$^2$ 5 improbatio] in primo G 6 quomodo *om.* F | positio] probatio A | contraria] quarta ACGHKL | sustineretur] sustinetur BEH suscitaretur M | patebit inferius] i. p. A 7 illa] ista FK 8 Sed *om.* H | Sed – quaestionem *om.* A | dubia alia] alia duo E 9 quae *om.* L | tangentur] tangetur L | post responsionem] prima responsione L | quaestionem] *not.* Nota quod hic plus habetur quam in alia exemplaria: dimidia columna *mg.* F$^2$ 10 quintum] quae L | superius argutum] a. s. A | est] *ante* superius A *om.* BE | univocatione] unione L *add.* entis DFM 11 quoniam] quomodo FM *add.* scilicet A | et] *lin.* G$^2$ | Intelligentiis] creaturae A | non] nihil A | non – Intelligentiis] *mg.* B$^2$ | esse *post* aliquid E *om.* AH | aliquid *post* univocum F aliquod D | commune *om.* B$^2$CD 12 communem *om.* G | opinionem] *add.* Commentatoris G | non] nec A | potest *om.* A | esse *om.* FK | aliqua *post* scientia B$^2$C *om.* AEGHL 13 aliquo] subiecto *mg.* B$^2$ | Deo] *add.* et creaturae A | et] vel A | Intelligentiis] *add.* esse F 14 uniuntur] univocantur (*lin.* L$^2$) BL$^2$ unitur DH 15 substantiae$^2$] *lin.* M$^2$ *om.* DF 16 unionem] univocationem FGKL unitatem E | sit *om.* FH | totum] tantum B *om.* DF | entium] *add.* sit F | ponendum] ponitur H 17 unum] *ante* genus (*lin.* E$^2$) DE$^2$ | genus] *add.* aliarum E | substantiarum] *mg.* E$^2$ | corporearum] *add.* separatarum G

[213] **Aristot.**, *Eth. Nic.* X c. 8 (AL XXVI$^3$ 358-360; K c. 7, 1177*a* 12-*b* 13); X c. 10 (AL XXVI$^3$ 362-364; K c. 8, 1178*b* 7-32; 1179*a* 22-32).
[214] I. e. Avicenna ponens Deum non esse subiectum in metaphysica (supra n. 111); cf. improbatio huius positionis, supra n. 115-121.
[215] Cf. infra n. 130-136.
[216] Cf. infra n. 137-145.
[217] Cf. supra n. 111.
[218] Cf. supra n. 34. 43.



– Et confirmatur: quia scientia communis non magis est de una specie quam de alia.

Si vero dicatur quod sit una scientia de illis separatis propter unitatem attributionis, igitur primum erit per se subiectum, vel igitur non magis in speciali de Intelligentiis quam de corporalibus – nisi forte quia sunt nobiliora entia, et immediatius attribuuntur ad primum; aut nisi dicatur quod de cognoscibilibus de ipsis in speciali non est a nobis specialis scientia tradenda –, et ideo magis congrueret illud modicum, quod de eis est loquendum, dicere in scientia de primo. Tamen quantum est ex natura scibilis, ita esset diversa scientia a metaphysica sicut de substantia corporea. 127

Et secundum hoc, divisio PHILOSOPHI de scientiis speculativis, VI huius[219], tenet de traditis et a nobis rationabiliter tradendis, non de omnibus ex parte naturae scibilium. Igitur Intelligentiae non sunt hic subiectum nec pars, sed hic sunt considerandae propter propinquitatem ad primum, cum hoc quod de eis modicam possumus habere notitiam naturalem. 128

Ad omnes auctoritates PHILOSOPHI pro quinto[220] dicendum quod vocat Deum 'primas causas' propter multas perfectiones causalitatis, quia angeli secundum ipsum nihil causant nisi movendo[221]. – Ad illud pro illo, patet ex dictis responsio. 129

## [B. – De modo quo Deus potest poni subiectum metaphysicae]

[39] His sic pertractatis, videndum est de principali proposito, quo- 130

1 quia] quod AD | magis est] e. m. AEK 2 quam] *add.* alia L | de *om.* GH | alia] aliis A 3 sit] *add.* tantum E 4 erit] est CDEFLM | vel *om.* AGHK 5 magis] *add.* (*lin.* E$^2$) est DE$^2$FM | corporalibus] corporeis A corporibus F | nisi] vel E 6 quia] *ante* forte E quae F | sunt *om.* GHK | et *om.* GHK 7 nisi] *lin.* B$^2$ si H | cognoscibilibus] cognitionibus B cognoscentibus K | de$^2$ *om.* AM | non est *post* nobis F 8 specialis scientia] scientia in speciali ADF | scientia] *add.* in speciali vel H | magis congrueret] c. m. A 9 eis] his H | in] de G' *restit. lin.* G$^2$ 10 ex] de H | scientia] *lin.* M$^2$ *om.* F 12 Et – hoc] Si haec L | Philosophi] *add.* in VI A 13 VI huius *om.* A | tenet] *ante* VI BE valet L | et *om.* FGHK *add.* de A | a nobis *post* tradendis A | rationabiliter] *add.* et F 14 ex] a A | naturae] *add.* ipsorum A 15 pars *om.* K | sunt$^2$ *om.* GHK | considerandae] = ρυ consideranda *rell.* 16 quod *om.* F 17 notitiam *post* naturalem B scientiam A 18 omnes *om.* K | Philosophi *om.* CFGHKL | pro *om.* DFM | quinto] quarto B'E *restit. lin.* B$^2$ *om.* DFM | dicendum] dicimus H 19 primas causas] primam causam LM 20 secundum ipsum *post* causant A 21 illud] rationem AL rationes GHK | illo] isto ADFM | dictis] *not.* (*del. lin.* ubi vacat B$^2$) supra ubi vacat B | responsio] *ante* ex FM 24 His] *adnot. mg.* Secundus articulus. Nota quomodo Deus potest poni subiectum metaphysicae F$^1$

[219] **Aristot.**, *Metaph.* VI t. 2 (AL XXV$^2$ 117-118; E c. 1, 1026*a* 18-19).
[220] Cf. supra n. 14-18; 'pro quinto' cf. n. 111.
[221] Cf. supra n. 44.

modo scilicet Deus potest esse subiectum metaphysicae[222].

131 Et dicendum est quod, supposita distinctione scientiae prout dicitur habitus conclusionis et prout dicitur aggregatio multorum habituum, tam principiorum quam conclusionum, aliquam tamen convenientiam habentium – de qua distinctione patet, scilicet quaestione prima VI huius[223] –, Deus potest esse subiectum huius scientiae primo modo propter quid, tam secundum responsionem ad secundam rationem principalem secundum opinionem COMMENTATORIS[224], quam secundum illam additionem quae superius posita est ad impediendum rationem primam factam contra opinionem COMMENTATORIS[225]. Quoniam sicut ibi dictum est: "si prius naturaliter et aliud potest esse medium sciendi posterius naturaliter et aliud, hoc non est in quantum 'aliud', quia hoc accidit, sed in quantum 'hoc'," ut ibi patet. Et ideo non cogit illa ratio prima[226] facta contra opinionem COMMENTATORIS.

132 Similiter potest esse subiectum primo modo[227] in scientia quia. Supposito enim quid dicitur per nomen, si tale est causa talis

1 scilicet] *lin.* $E^2$ *ante* quomodo A | potest esse] est H | esse] *add.* primum BE | subiectum metaphysicae] in metaphysica AGHK | metaphysicae] *add.* sive potest esse subiectum H 2 dicendum] sciendum BE' *restit. lin.* $E^2$ | est *om.* H | quod *om.* H | scientiae] de scientia A 3 conclusionis] conclusionum A 4 tam – conclusionum] quam c. t. p. A | conclusionum] conclusionis DM 5 qua] quadam G | distinctione] *lin.* $E^2$ dicendum M *om.* BG | scilicet] in HK *om.* AGL | quaestione] quod M 6 prima] illa H | VI *post* huius BCEGKLM cap. G | huius *post* scientiae F *om.* AGHK 7 modo *om.* CM | quid *om.* L | tam] *lin.* $B^2$ *ante* propter A *add.* quam L | responsionem] rationem CG 8 rationem principalem] argumentum principale A 9 illam] istam F | additionem] *add.* extra AGHK *add.* ad secundum adiectionem L | quae] quaestione H | est *om.* H 10 rationem primam] p. r. M 11 sicut] sic L | ibi] prius E *om.* B | dictum] dicta L | si] *add. lin.* enim $L^2$ 12 et aliud *om.* G | potest – aliud] *mg.* $B^2$ | naturaliter *om.* A 13 est] *add.* hoc F | quantum] *add.* est L | hoc] *add.* *mg.* $B^2$) est prius naturaliter et illud posterius $B^2$DEF *add. lin.* prius $L^2$ 14 ibi *post* patet DFGKM hic H | cogit] concludit DF | illa] ista BEFH | contra *om.* K 16 primo modo *om.* A | in] *mg.* $K^2$ *om.* G | quia] *add.* et hoc primo modo A 17 enim *om.* F | quid] quod EM | tale] talis ABGK illud L | causa *om.* AGK | talis *om.* GK *add.* est BH

[222] Cf. **Albertus M.**, *Metaph.* I tr. 1 c. 2 (XVI[1] 5*a*): "Sunt autem quidam Latinorum logice persuasi, dicentes Deum esse subiectum huius scientiae, eo quod nobilissimae scientiae dicunt debere esse nobilissimum subiectum et primae scientiae primum subiectum et divinae divinum et altissimae altissimum; et huiusmodi multa ponunt secundum logicas et communes convenientias, et hi more Latinorum, qui omnem distinctionem solutionem esse reputant, dicentes subiectum tribus modis dici in scientia, scilicet quod communius subicitur aut quod certius aut quod in scientia dignius est. Et primo modo dicunt ens in ista subici scientia et secundo causam et tertio modo Deum, et hanc scientiam non a toto, sed a quadam sui parte dignissima vocari divinam. Sed ego tales logicas convenientias in scientiis de rebus abhorreo, eo quod ad multos deducunt errores".
[223] Cf. infra lib. VI q. 1 n. 8-12.
[224] Cf. supra n. 25-26.
[225] Cf. supra n. 32.
[226] Cf. supra n. 30-31.
[227] I. e. subiectum ut habitus conclusionis; cf. supra n. 131.



effectus, ex effectu potest concludi tale, et esse, et hoc esse, et hoc tam quantum ad essentialia quam quantum ad proprietates, et hoc demonstratione quia. Sed nihil potest sic concludi de ipso ex effectu nisi illud sit sine quo non potest esse talis effectus.

[40] Potest etiam esse subiectum scientiae secundo modo dictae[228]. 133

Vel quae tantum aggregat conclusiones de Deo propter quid vel quia ostensas. Et talis scientia, si qua esset, esset una – maxime in illo genere – unitate subiecti[229].

Vel quae aggregat multas conclusiones et principia de Deo et 134 aliis attributis ad ipsum ut ad primum, in quantum ad ipsum attribuuntur. Et talis esset una ex unitate subiecti, non sicut prior, sed quia ad rationem subiecti alia attribuuntur, cum consideratio illa de aliquo sit simpliciter prima quae considerat ipsum sub prima ratione sub qua est considerabile. Et ens creatum, licet sit univocum sub ratione primi entis, considerari potest in quantum ad ipsum attribuitur. Et ita prima consideratio de omnibus entibus erit talis in quantum attribuitur ad primum ens, non ad substantiam. Igitur si metaphysica est prima scientia, erit de omnibus secundum hanc rationem. Aut igitur considerantur ibi in quantum attributa, quia ex notitia Dei ibi cognoscuntur; aut quia ex eorum notitia Deus cognoscitur. Primo

1 effectus] *add. lin.* et $L^2$ | et *om.* DE | esse *om.* D | hoc esse] *del.* $D^2$ e. h. H *om.* M *add.* et GK | esse$^2$] *add.* tanquam E' *del.* $E^2$ | et$^3$ *om.* C | hoc$^2$] *add.* ex hoc K 2 quantum$^2$] *add.* ad accidentalia et H 3 demonstratione] demonstrative C | sic *post* concludi F | ex *om.* K 4 sit] sic supponitur L *om.* G | esse *post* effectus BE *add.* causa AGHK 5 etiam] tamen K 6 Vel *om.* DF | conclusiones] *add. lin.* et $M^2$ | Deo] *add.* et BFL *add.* (*mg.* $M^2$) et de aliis attributis (altissimis $M^2$) ad ipsum et GHK$M^2$ 7 vel] et AF'G *restit. lin.* $F^2$ | qua] quae AGHK | esset *om.* H | una maximae] m. u. E 9 Vel] Et M *om.* K | quae *om.* B | conclusiones] *lin.* $E^2$ | et$^2$] *add.* de DF 10 primum] ipsum A | ad$^3$ *om.* A 11 attribuuntur] attribuitur L | Et] Quia F | esset] est A | ex *om.* CF | non *post* prior F | sicut] sic L 12 cum *om.* K | consideratio] consideratione G 13 prima] *ante* simpliciter A *om.* G | prima ratione] r. p. H 14 creatum] *add.* licet contentum C | creatum – univocum] *mg.* $E^2$ quodlibet sicut contentum B'CH'L *add.* sub primo ente BH *add. ultra mg.* constet $B^2$ *add. ultra* et ens creatum sed sic unius hoc in aliquo H | licet] *add.* creatum K | ratione] est E 15 primi entis] primo ente E | considerari potest] p. c. H | attribuitur] *add.* tamen F | Et *om.* AG 16 ita] ista EF illa H | prima] *lin.* $D^2M^2$ *om.* F | erit] esset F est L | talis] universalis BE 17 attribuitur] attribuuntur HK | primum] *lin.* $E^2$ ipsum FH | ens] *lin.* $E^2$ | non] *add.* autem A | ad$^2$] *add. mg.* vel $B^2$ | substantiam] secundum (*mg.* $B^2$) $B^2$CL | Igitur si] Si i. H 18 est] sit A | erit] est CEFGLM *om.* B | secundum hanc rationem] sub ista ratione A 19 considerantur] considerabuntur DF considerabunt M | attributa] *add.* aut HK | notitia] cognitione BEH | ibi$^2$] illa L 20 aut] *lin.* $M^2$ | aut – cognoscitur] *mg.* $E^2$ | Deus] *add.* ibi G

[228] Scilicet, ut aggregatio multorum habituum; cf. supra n. 131.
[229] Cf. **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 28 (AL IV[3] 240; A c. 28, 87*a* 38-*b* 1): "Et scientia una est in qua est subiectum unum, et ostendit omnes res quae insunt ei per mediationem rerum quae sunt sibi essentiales aut concomitantur eam per se. Scientiae autem diversae sunt quarum principia sunt diversa et non sunt una et eadem, et subiectum in una earum est praeter subiectum in altera".

modo esset illa de Deo, et esset scientia propter quid. Secundo modo, quia.

135 Primo modo[230] natae essent istae res cognosci, et haec scientia esset prima de eis, quia est de eis in quantum attribuuntur ad simpliciter primum. Non sic quod ibi non cognoscerentur res omnes secundum propriam essentiam (aliter enim non cognoscerentur), sed cognitio essentiae ipsarum haberetur in quantum attribuuntur ad ipsum Deum. Talem metaphysicam habet Deus, sed non est sibi scientia, quia non est ex notitia sui discursive de aliis acquisita; quamvis enim sciat alia esse per ipsum, non tamen scit ea quia scit se – quod requiritur ad scire. Talem metaphysicam imperfectam potuerunt forte angeli habuisse si fuissent multo tempore viatores, et ex notitia naturali Dei potentes discurrendo aliorum notitiam acquirere.

136 Secundo modo[231] tantum potest homo nunc metaphysicam [41] habere (quidquid sit de notitia naturali Dei beati vel in statu innocentiae), quia nunc 'omnis nostra cognitio oritur a sensu' tantum[232]. Igitur sic potuit tradi a PHILOSOPHO. Potest igitur prima scientia possibilis homini per rationem naturalem acquiri, et poni scientia quia – et de Deo ut de subiecto primo, et de omni ente ut de materia in quantum attribuitur ad primum ens –, quae nec supponet Deum esse, nec ab eius notitia incipiet ad cognoscendum alia, licet utrumque

1 modo] *add. lin.* si $B^2$ | esset illa] i. e. BE | et] *exp. lin.* $B^2$ 3 istae] rationes G' illae (*lin.* $G^2$) $AG^2H$ *om.* F | res] *lin.* $G^2$ 4 prima *om.* L | eis] ente G | quia – eis] *mg.* $B^2E^2$ *om.* C | est] esset *mg.* $B^2$ 5 simpliciter primum] p. s. G | Non] Nec F | quod] quia B | non] *ante* ibi DFM *om.* AC | omnes *post* essentiam AGK *om.* H 6 secundum] *lin.* $M^2$ | enim *om.* ABGHK 7 essentiae] esse BE | ipsarum] earum DFGM 8 ipsum *om.* AGHK | sibi scientia] s. sibi B 9 non *om.* M | est *om.* DF | de] ab A | enim *om.* A 10 esse] *lin.* $E^2$ | tamen] *lin.* $K^2$ *ante* non EL *om.* A | scit] sit H' *restit. lin.* $H^2$ | ea] illa A 11 forte angeli] a. f. BE 12 fuissent] *add.* in B | et *om.* L | ex *om.* G | naturali Dei] D. n. DFM 13 potentes] potuissent HK potestates G | discurrendo] incurrendo H' *restit. lin.* $H^2$ | aliorum notitiam] n. a. A 14 tantum] *ante* modo A *post* potest F *om.* GHK | nunc *post* metaphysicam (*lin.* $B^2$) $B^2E$ modo A *om.* K 15 sit] scit H | Dei *om.* ABDEF *addunt* ipsius A et G vel H 16 nunc] tunc M | nostra cognitio] c. n. HM | oritur] ortum habet A oriatur K | a] ex H | Igitur sic] Sic i. BE 17 potuit *post* tradi A potest G 18 homini] haberi D | rationem] scientiam E' *restit. mg.* $E^2$ | et *om.* AGHK | et²] *lin.* $B^2$ vel F est L *om.* E 19 ut] *add.* de obiecto vel D | de² *om.* F | subiecto] obiecto CLM *add.* vel obiecto F | ut² de materia] *spat. vac.* H 20 attribuitur] attribuuntur AH | supponet] supponeret EM supponit K 21 incipiet] incipiat(?) C inciperet M | alia *om.* F | licet] sed AGK

[230] Scilicet, ex notitia Dei cognoscuntur res; cf. supra n. 134.
[231] I. e. Deus cognoscitur ex notitia rerum; cf. supra n. 134.
[232] **Aristot.**, *Anal. post.* I c. 18 (AL IV¹ 40; A c. 18, 81*b* 6-9): "Inducere autem non habentes sensum impossibile est. Singularium enim sensus est; non enim contingit accipere ipsorum scientiam. Neque enim ex universalibus sine inductione, neque per inductionem sine sensu"; cf. *De sensu et sensato* c. 6 (c. 6, 445*b* 16-17); *Auctoritates Aristotelis* (ed. J. Hamesse p. 197): "Intellectus noster nihil intelligit sine sensu".



oporteret si esset scientia propter quid. Sicut enim in scientia quia, proprie dicta, non praesupponitur de subiecto nisi tantum quid dicitur per nomen, et concluditur tam esse quam quid est, ut praedictum est[233], similiter potest esse in scientia quia aggregata. Quod enim in alia scientia posset probari Deum esse 'quia' et non in tali, esset inconveniens, cum talis consideret effectus ita immediatos eius, sicut aliqua alia. Quare etiam scientia quia non probat propter quid subiectum esse; quare etiam scientia propter quid praesupponit subiectum esse et quid est, cum hoc posset probare per principia subiecti, si habet principia.

## [C. – Dubitationes circa hanc positionem earumque solutio]

[42] Sed circa hanc positionem sunt aliquae dubitationes. 137

[DUBITATIO PRIMA] – Prima dubitatio est circa hoc quod ponitur Deum esse subiectum in metaphysica, et quod consideret entia ut attribuuntur ad Deum, quoniam consideratio entium in quantum entia videtur esse prior quam in quantum attribuuntur ad primum ens; igitur erit alia metaphysica prior, quae consideret entia in quantum entia, quam illa quae ponitur de Deo ut de subiecto. Antecedens probatur:

Tum quia absolutum est ante respectivum.

Tum quia praemissa est cognoscibilis ante conclusionem et ante rationem conclusionis; et ex esse entium in quantum entia, tanquam ex primo effectu, concluditur esse de Deo.

Tum quia ex quo entia, in quantum entia, videntur cognoscibilia absque illa attributione – cum sint absoluta, et respectus non est de

1 oporteret] *mg.* $K^2$ | si] ad hoc quod A | propter – scientia] *mg.* $L^2$ 2 non – subiecto] nisi supponitur A | tantum *om.* H | quid] aliquid E 3 et] quam B' *restit. lin.* $B^2$ *om.* L | ut praedictum est] ut dictum A *om.* K 4 aggregata] congregata H 5 quia] *lin.* $B^2E^2$ 6 talis] nihil A | consideret] communicaret D concluderet F considerat H desideret L | ita] *mg.* $E^2$ *om.* K 7 aliqua] *lin.* $H^2$ illa A | alia] scientia AE *add.* alia A | Quare] Similiter G | Quare – esse *om.* L | scientia] *add.* propter C | quia *om.* M | probat] *add.* nec posset probari H | propter quid] *mg.* $D^2$ suum F 8 quare – quid] *mg.* $K^2$ | subiectum *om.* GH 9 et *om.* D | est] *add.* et tamen L | posset] non possit A 13 circa] contra A'H *restit. lin.* $A^2$ | positionem] *add.* (*del. lin.* $A^2$) primam A' | aliquae dubitationes] d. a. E 14 Prima] *add.* enim CEHKL | dubitatio *om.* C | ponitur] *add. lin.* scilicet $L^2$ 15 consideret] considerat AM | ut] in quantum ABE 16 quoniam] quia E contra *lin.* $C^2$ 17 esse *om.* F 18 erit] esset F | prior] proprior L | consideret] consideraret A 19 illa] ista BE 21 quia] *lin.* $A^2G^2$ | respectivum] relativum A respectum BE 22 cognoscibilis *post* conclusionem BE | conclusionem] cognitionem M 23 in quantum entia *post* effectu F 24 effectu] *add.* consideratur et A 25 ex quo] *del. lin.* $B^2$ | quo *om.* F | in quantum entia *om.* BCEFM | videntur] *lin.* $G^2$ *mg.* $K^2$ 26 respectus non] rursum G

[233] Cf. supra n. 132.

essentia absoluti –, quae esset illa scientia quae consideraret entia in quantum entia sine tali attributione? Videtur enim quod sit ponenda alia metaphysica.

138 Item, ita attribuuntur omnia entia in speciali ad primum, sicut in universali, sub ratione entis; ergo illa scientia una est de omnibus, et in universali et in particulari. – Confirmatur: quia Deus qui habet metaphysicam propter quid, ita per essentiam suam cognoscit omnia in particulari sicut in universali.

139 Item, tertio sic: non attribuuntur ad primum ens nisi in triplici genere causae, et hoc non necesse secundum veritatem. Sicut igitur non posset esse metaphysica de eis in quantum attribuuntur primo modo, ita nec secundo[234].

140 [RESPONSIO AD PRIMAM DUBITATIONEM] – Ad primam rationem[235] istius dubitationis dicendum est quod illa consideratio, qua considerantur entia in se, prior est prioritate originis – sicut probant duae probationes[236] –, sed non prioritate intentionis. Et primum subiectum ponitur cuius cognitio principaliter intenditur; vel ad quod, ut ad principium, tota aggregatio multarum cognitionum principaliter ordinatur. [43]

141 Ad tertiam probationem[237], dicendum quod illa scientia esset pars metaphysicae. Sicut si traderetur cognitio de materia et forma, et relinqueretur completa traditio de ente naturali, esset physica imperfecta; vel de nomine et de verbo et nihil de enuntiatione,

1 essentia] ratione F | absoluti] *add.* sive essentia absoluti F | esset] est BCE erit DM | illa] ista DF *om.* K | consideraret] consideret BCDEFLM 2 sine] ex BE | Videtur – metaphysica] *mg.* $M^2$ | ponenda alia] a. p. B 3 alia] *add.* a A 4 ita] *lin.* $B^2$ isti L | speciali] *add. mg.* tanquam $L^2$ 5 in universali] *om.* A | est] erit GHK | omnibus] *add.* entibus F 6 et *om.* B | in *om.* L | $et^2$] *add.* etiam A | quia] quod B | qui] quia scientiam F quia Deus A | habet metaphysicam *post* quid F 7 cognoscit omnia] *ante* per A 8 particulari … universali] universali … particulari DF 9 Item] *add.* hic C | sic] *add.* entia HK | triplici genere] g. t. B 10 necesse] necessitate A necessario BHK *add.* (*lin.* $E^2$) est $DE^2FM$ 11 de eis *post* quantum BM | primo] illo H 12 ita] sic F | secundo] *add.* modo F 13 rationem] responsionem K 14 istius] illius BCLM *add.* primae A | est *om.* AG | illa] ista AF | qua] quae HK | qua considerantur entia] entium A 15 in] secundum A | est] *ante* prior H *post* originis B | originis] *add.* unde ubi considerantur in attributione, ibi et in se, sed in se propter primum, sic igitur est prioritas originis F 16 probationes] propositiones CH *add.* sive propositiones F | prioritate] proprietate H | primum subiectum] s. p. E 17 principaliter] universaliter CDFLM | vel *om.* K | ut] ubi K' *restit. lin.* $K^2$ 18 ad] *add.* primum GHK | principium *om.* G | tota aggregatio] congregatio K | cognitionum] conclusionum DEFH 20 tertiam] secundam A'H *restit. lin.* $A^2$ | probationem] propositionem CH | illa] ista AEF 21 traderetur] tradatur A 23 nihil] consideratio F

[234] Cf. supra ad finem n. 134.
[235] Cf. supra n. 137.
[236] Cf. supra n. 137.
[237] Cf. supra n. 137.



relinqueretur enim consideratio principalis considerabilis. Non enim esset simpliciter alia scientia, quia illa quae est de primo habet de illis tractare in quantum entia. Unde ubi considerantur in attributione, ibi in se; sed in se considerantur propter primum.

Ad secundam rationem[238], dicendum quod condiciones principales concludendae de primo ente sequuntur ex proprietatibus entis in quantum ens. Speciales enim condiciones entis non concludunt primo aliquid de ipso, ideo tantum considerat de ente in communi. – Contra: quaecumque insunt enti in quantum ens, insunt Deo; igitur per illa non concluditur aliquid de Deo. 142

Ad tertium[239]: licet non sit necessaria causa respectu esse aliorum, tamen est necessaria causa quod proprietates aliorum insunt ipsis. Quia enim ipse est actus purus, ideo ens dividitur per actum et potentiam. – Contra: quomodo condiciones entis intelliguntur, cum non sint sensibiles? 143

[DUBITATIO SECUNDA] – Item, secunda dubitatio: quae est illa ratio in primo ente secundum quam consideratur ut per se subiectum in metaphysica? 144

[44] [RESPONSIO AD SECUNDAM DUBITATIONEM] – Ad hoc dicendum quod non est ratio naturaliter cognoscibilis. Tum quia haec ratio est accidentalis, ita quod natura eius in se non considerabitur, sicut nec corpus sub motu. Tum quia illa pertinet ad modum scientiae, et ratio subiecti praesupponitur modo scientiae. Tum quia illa ratio communis est omnibus subiectis scientiarum. Tum quia ista ratio nihil ponit 145

1 relinqueretur] relinquitur AL' *restit. lin.* $L^2$ | enim] quae esset F *om.* EM 2 esset *om.* A | quia – considerantur *om.* H | illa] ista F *om.* B 4 ibi] *add.* et BE | sed] scilicet D *om.* B | in *om.* BD | $se^2$ *om.* B 5 secundam] tertiam A | condiciones principales] p. c. H 6 sequuntur] consequuntur F | ex] *add.* condicionibus vel (et B) BE 7 non *om.* L | concludunt] *mg.* $K^2$ 8 ipso] primo B *add.* et BEM 9 Contra – Deo-2] *mg.* $G^1$ | Contra] *add.* secundum $G^1$ 10 illa] ista *mg.* $G^1$ | de] a H 11 tertium] aliud A tertiam H | respectu esse *om.* A | esse aliorum] a. e. F 12 quod] *lin.* $D^2$ quia BE 13 ipse *om.* H 14 Contra] *add.* tertiam AG | Contra – sensibiles *om.* K | condiciones entis intelliguntur] intelliguntur concludi communes passiones entis A 15 non] enim(?) D quae L 16 secunda] alia A | est *om.* G | illa] ista AFH 17 ratio *om.* G | quam] quod D 19 hoc] tertiam dubitationem A | dicendum] *add.* est H 20 non est] *lin.* $E^2$ | ratio] *add.* rationis ACLM *add.* illa communis E *add.* communis H | naturaliter cognoscibilis] c. n. H | $ratio^2$ *om.* B 21 est] *add.* ei BE | ita] *lin.* $E^2$ *om.* B | quod] quia E' *restit. lin.* $E^2$ | natura eius] ut CL | eius] *lin.* $D^2$ consideraretur K ut H *om.* AG | non] nec H | considerabitur] consideratur F | sicut] sed L 22 nec] *add. lin.* continetur $L^2$ | corpus] motus(?) A totus C | sub motu] m. s. B | quia *om.* A | et] *add.* ideo M 23 ratio] *lin.* $M^2$ | Tum – scientiarum] *mg.* $B^2$ | illa] ista A 24 est] *lin.* $F^2$ | Tum] *add.* etiam A | ista] illa DFHKLM | nihil] nullam naturam A

[238] Cf. supra n. 138.
[239] Cf. supra n. 139.

in natura eius, sed tantum forte circa cognoscentem vel respectum ad ipsum. Nec etiam est ratio ista primi moventis; nec de aliqua ratione ad quam pervenit naturalis. Quia quamvis in eodem concurrant primitas movendi et essendi, tamen ex ratione ipsorum non includitur contradictio quod non necessario eidem inessent. Et ita naturalis numquam ostendit primum ens esse nisi per accidens, ita quod non ostendit aliquod ens esse primum, sed aliquod movens esse primum; sic nec aliquod ens esse ultimum, sed aliquod ultimum motivum. Si vero nihil causaret primum ens nisi per mutationem – quod forte non est verum, secundum PHILOSOPHUM[240] –, adhuc efficiens in quantum efficiens dicit rationem universalem respectu moventis, ut quo scilicet aliquid est. Finis etiam est, non tantum motus, sed entitatis. Unde forte non ponetur subiectum secundum rationem huius duplicis primitatis, sed secundum rationem primitatis unitivae continentiae excellentis, quae est primitas aliqua formalis. Et secundum istam rationem alia attribuuntur verissime ad ipsum.

146 Contra: secundum istam rationem debet poni 'subiectum' quae primo concipitur et secundum quam demonstratur primo esse de ipso et omnes aliae proprietates. Sed talis non est haec primitas formalis, quia ista probatur, ut videtur, per alia prius ostensa ex effectibus.

1 tantum] tamen L | circa] *del.* $K^2$ *om.* L | cognoscentem] cognoscibilitatem BEM cognitionem H | vel *om.* CDFL 2 ratio *post* ista K *om.* G | ista] illa CEHKL *add.* ratio BE | moventis] motoris DF *add.* et CDF | nec] ut EGHK *add.* sic ACDF | aliqua] alia C 4 primitas] prioritas K | tamen] *add.* quia K | ipsorum] eorum EFG 5 quod] quia BE | non *om.* A | naturalis numquam] numquam n. BCGKL 6 ostendit] ostendet E | esse – ens *om.* M 7 aliquod – esse-3] *mg.* $B^2$ | esse – ens] *mg.* $E^2$ | sed] *mg.* $K^2$ | esse$^2$] est C *om.* $B^2$ | primum$^2$ *om.* $B^2$ 8 sic] sicut *mg.* $E^2$ | nec] *add.* esse (*mg.* $E^2$) $CE^2GL$ | ultimum] *add.* ens A | sed aliquod ultimum] *mg.* $H^2$ | ultimum$^2$ *om.* F | motivum] motum DEKLM 9 nihil] hoc C non (*lin.* $K^2$) $HK^2$ | causaret] crearet L | quod] quia BG 10 non *om.* L | efficiens ... efficiens] effectus ... effectus BDFLM 11 dicit] *lin.* $B^2E^2$ | respectu] idem H | ut] vel K 12 scilicet] *not.* secundum alias: cuius scilicet K | aliquid] aliud E | etiam] et CH | est non] n. e. K | tantum] causativum K 13 ponetur] ponitur C poneretur H 14 sed – primitatis] *mg.* $F^2$ | primitatis$^2$] *mg.* $B^2$ unitatis A *om.* E | unitivae] unitate A unionem M | continentiae] *mg.* $K^2$ 15 aliqua] alia H | istam *post* rationem A illam H 16 alia] aliqua E | verissime] *ante* attribuuntur A *post* ipsum E 17 Contra – effectibus] *mg.* $G^1$ | secundum] secundam H *om.* K | istam] illam ABCHLM *add. mg.* secundam $G^1$ | rationem] responsionem (*mg.* $G^1$) $G^1HK$ *add. mg.* illa $K^2$ *add. lin.* illud $L^2$ | debet] oportet *mg.* $G^1$ | subiectum] ratio subiecti K *om.* F *add.* ratio H | quae] quod L 18 concipitur] accipitur (*mg.* $G^1$) $G^1H$ | quam] quod L | demonstratur primo] p. d. A | primo esse] passio H 19 Sed *om.* $AG^1K$ | haec] hic HK *om.* BE 20 quia] cum K | ista] illa (*lin.* $B^2$) $B^2HK$ *om.* $G^1$ | probatur *post* videtur A accipitur *mg.* $G^1$ *add.* cum accipiatur K | ostensa] *add.* ut A | effectibus] *add.* non (*add. lin.* vero $B^2$) primo sequitur istud ut videtur BEH

[240] **Aristot.**, *Metaph.* XII t. 36 (AL $XXV^2$ 213; Λ c. 7, 1072*b* 3); cf. supra n. 44-45.



[45] 147 [TERTIA DUBITATIO] – Item, tertia dubitatio est: quare non potest metaphysica ordinari principaliter ad cognitionem primi entis ut ad finem, et tamen esse circa ens in quantum ens, ut circa materiam, "cum materia et finis non coincidant[237]"?

148 [RESPONSIO AD TERTIAM DUBITATIONEM] – Respondeo quod hoc ideo est quia materia, circa quam principaliter agit scientia, est finis eius quantum ad cognitionem perfectam eius, praesupposito quid dicitur, sive quantum ad aliquem conceptum.

149 [QUARTA DUBITATIO] – Item, quarta dubitatio est: cum scientia de ente in quantum ens sit propter quid, quare scientia de Deo est tantum quia? Metaphysica est propter quid, quare etiam de Deo non est scientia propter quid? Nam habita prima proprietate eius de ipso, possunt aliae, ut videtur, propter quid de ipso ostendi.

150 [RESPONSIO AD QUARTAM DUBITATIONEM] – Respondeo quod tota illa scientia propter quid, quae est de ente in quantum ens, ordinatur ad quia de Deo. Metaphysica vero, ut est nobis possibilis nunc, non est principaliter scientia propter quid de Deo. Semper enim prima proprietas habetur quia. Et licet ex illa demonstretur secunda propter quid, tamen secunda non cognoscitur simpliciter propter quid, quia eius cognitio dependet ex cognitione quia primae passionis[238].

151 Aliter potest dici quod passio prius conclusa quia de Deo semper est posterior et remotior ab eius essentia, quia propinquior

1 est *om.* A | quare] quia L | non] *in rasura* H 2 ordinari principaliter] p. o. FM 3 ut ad finem] *ante* ad cognitionem A | esse] *ante* tamen A | ens] omnes C *om.* F | in quantum] *om.* L | ut] sicut L 5 Respondeo – quia] Ad tertiam dubitationem A | quod hoc] *om.* BE 7 perfectam eius] e. p. BEM | praesupposito] praesupponi F praesupponitur autem BD *add.* autem DF 8 quantum ad] secundum A 9 dubitatio est *om.* A | est] *add.* propter quid (quaedam A) est (*om.* B) ABE | cum] *lin.* $B^2K^2$ *om.* E 10 sit] *add.* scientia A | sit propter quid] *mg.* $B^2$ | propter *om.* E | quare scientia *om.* A 11 est *om.* A | quia] *lin.* $G^2H^2K^2$ *add.* et A *add.* (*mg.* $B^2$) ex quo $B^2DF$ | Metaphysica – quid *om.* GK | quare] quia L 12 prima proprietate] prop. p. BE 13 eius *om.* BE | aliae *post* videtur F | de ipso *ante* propter A *del.* $H^2$ *om.* DF 14 Respondeo] Ad quartam patet A 15 illa] ista F 17 nunc *post* est G | principaliter] principalis G | scientia *post* quid E *in rasura* B | Deo] *add. lin.* enim $B^2$ | enim] *ante* Semper *lin.* $B^2$ *om.* CGLM | prima proprietas] prop. p. BE 18 quia] *lin.* $E^2G^2$ | illa] ista FG | demonstretur] demonstraretur DEFHM *add.* scientia H 19 secunda] *lin.* $E^2$ *om.* B | non *om.* E 20 quia$^2$] *lin.* $B^2$ *om.* DEFM 21 dici] *lin.* $K^2$ | prius *post* conclusa A prima H 22 essentia] esse D scientia L

[237] Cf. *Auctoritates Aristotelis* (ed. J. Hamesse p. 147): "Materia vero et efficiens numquam coincidunt, similiter materia et finis"; resp. **Aristot.**, *Physica* II t. 70 (AL $VII^1$ 79-80; **B** c. 7, 198*a* 24-27).
[238] Cf. **Duns Scotus**, *Ordinatio* I d. 2 p. 1 q. 1-2 n. 39 (II 148-149); *Quodl.* q. 7 n. [12] (ed. Alluntis p. 265-266).

effectui ex quo concluditur, ita quod semper in passionibus proceditur quia. Cuius signum est quia Trinitas, quae illi essentiae singularissimae inest, ex nullo effectu concluditur[243].

152 [QUINTA DUBITATIO] — Item, dubitatio quinta est: si ens est unius rationis Deo et aliis, quare non potest ens poni primum subiectum sub quo continentur omnia cognita, tam primum quam alia? [46]

153 [RESPONSIO AD QUINTAM DUBITATIONEM] — Responsio: dato quod ens sit univocum, adhuc principale subiectum erit hic Deus, quia non traditur scientia propter cognitionem de ente in se habendam; tunc enim aequaliter intenderet cognitionem omnium sub ipso, quia propter cognitionem totam eius primo. Sicut in aliis scientiis, numquam principale subiectum ponetur genus, quando de ipso et aliis speciebus traditur scientia principaliter propter cognitionem unius speciei, sed tantum tunc quando aeque primo de omnibus propter cognitionem de genere habendam, quantum ipsum est cognoscibile.

154 [SEXTA DUBITATIO] — Item, sexta dubitatio est: quoniam nihil de quiditate Dei particularius ipso ente a nobis hic concipitur. Immo quaecumque particulatio est per modum descriptionis, ut 'animal risibile', sicut cum dicimus 'ens primum'. Igitur si metaphysica sit de conceptu [47]

1 ex quo] *lin.* $B^2E^2$ | concluditur] excludit BE concludit H | ita] *lin.* $B^2$ *om.* E | passionibus] *add.* praesuppositis L 2 signum] probatio A | quia] quod L | quae] *lin.* $B^2$ *om.* E | illi] illius E eius F 3 inest] *lin.* $G^2$ quae Deus est E 4 dubitatio *post* quinta DFM *om.* A | quinta] quae L | est *om.* AH | ens] esse D | est] *lin.* $K^2$ *post* rationis E 5 rationis] *add.* in E | et] *add.* in E | ens poni] p. e. AH | primum subiectum] s. p. F 6 continentur] contineantur B'E *restit. lin.* $B^2$ | omnia] *add.* alia F | cognita] cognoscibilia *lin.* $B^2$ | tam – alia] et etiam prius F | primum] principia H 7 Responsio] Ad quintum A | dato] dico L 8 quod] *add. lin.* si $L^2$ | univocum] unicum L' *restit. lin.* $L^2$ | erit] est BCDEFLM | hic] *lin.* $E^2$ 9 traditur] *add.* hic A | scientia] *add.* de ente A *add.* ista F | se] re CGL | habendam] habenda L 10 enim *om.* AG | aequaliter] essentialiter CEGHLM | intenderet] intendet B | cognitionem *om.* A 11 totam eius] e. t. DFM | primo] probatio E passio K' *restit. mg.* $K^2$ *om.* CG | Sicut] Sic AK Possit G | scientiis] *add.* etiam A 12 ponetur] poneretur K | genus] igitur G nisi (*del. lin.* $K^2$) K' *om.* H | quando] *add.* principaliter AG | et] *add.* de EK 13 principaliter] *ante* de EK *post* speciei DF 14 tantum *post* tunc H *om.* GK 15 de genere *post* habendam A | cognoscibile] *add.* (*mg.* $K^2$) ponitur subiectum commune $HK^2$ 16 dubitatio] *add.* bona A | est] *mg.* $H^2$ *om.* FG | quoniam] quando D quam L' *restit. mg.* $L^2$ | nihil] vel E 17 quiditate] quantitate E' *restit. mg.* $E^2$ *add.* ipsius A | hic *om.* G | concipitur] percipitur H | Immo] Sed A Uno G' *restit. lin.* $G^2$ 18 particulatio] particulare M participatio EG | risibile] *add.* sit H *add.* sic cum dicimus animal risibile A 19 sicut] sic ACEGKLM | cum *om.* BE

[243] Cf. **Duns Scotus**, *Lectura* prol. p. 1 q. un. n. 22 (XVI 8-9); *Ordinatio* prol. p. 1 q. un. n. 41 (I 23-25).



quem de Deo apprehendimus ut de primo ente — cuiusmodi conceptus est ut 'animal risibile' —, sequitur quod sit de ente per accidens.

Item, demonstratio qua demonstratur 'primum' de ente, naturaliter praesupponit conceptum primi entis, ita quod non sit ratio in se falsa; sed hoc necesse est praesupponere de subiecto, quia alias 'animal inanimatum' posset poni subiectum. Hoc enim non tantum praesupponitur esse exsistentiae, sed ipsi esse quiditativo. Unde quod dicitur 'per metaphysicam ostenditur Deum esse', si intelligatur de actuali exsistentia, non est demonstratio, nec praemissa necessaria. Si autem intelligatur de esse quiditativo, verum est. Et sic praemissa non erit sumpta de exsistentia creaturae, sed de aliqua proprietate quiditative inhaerente, ex qua sequitur 'primum' inesse enti, vel 'summum', vel 'perfectissimum' vel 'optimum'. Et ex hoc sequitur rationem illam, cui imponitur hoc nomen 'Deus', non esse rationem in se falsam, et ita alicuius quiditatis circumlocutivam, et ita Deum habere entitatem quiditative. Sed demonstratio concludens 'primum' de ente, cum sit particularis, non potest esse per naturam entis. Igitur demonstratio passionis transcendentis de ente prior est istá, sicut universalis particulari, sicut medium medio, sicut omnis demonstratio de numero in communi est ante illam qua probatur aliquis numerus esse primus. Igitur metaphysica transcendens erit tota prior scientiá divina, et ita erunt quattuor scientiae speculativae: una transcendens, et tres speciales. 155

[48] [RESPONSIO AD SEXTAM DUBITATIONEM] — Contra: eiusdem est demonstrare conclusionem universalem et particularem de eodem subiecto. Hoc conceditur. Sed quid medium huius demonstrationis? 156

1 quem] quam nunc B | cuiusmodi – risibile *om.* K 2 sequitur – ente] *mg.* $K^2$ | sit] est (*mg.* $K^2$) $AK^2$ 3 demonstratio] Deus C | demonstratur] dicitur CL | naturaliter] naturali E 4 praesupponit] praecedit AGK' *restit. mg.* $K^2$ supponit L | ita] ut G | quod] quia G | sit] *lin.* $E^2$ *add.* in se A 5 hoc] hic est A | est] *lin.* $H^2$ | quia] quae L | alias] *mg.* $K^2$ 7 praesupponitur] *add.* (*lin.* $E^2$) ipsi $ADE^2F$ | exsistentiae] ex natura D | sed] *add.* etiam A 8 dicitur] ostenditur G *add.* (*mg.* $K^2$) quod $DFK^2$ | intelligatur] intelligitur ABCHL | actuali] accidentali ACL 9 exsistentia] substantia ex natura L | non] *mg.* $H^2$ nec B | est] *mg.* $H^2$ | demonstratio] Deus C Deo L | autem *om.* DF 10 intelligatur] intelligitur ABELM *add.* praemissa A | quiditativo] quiditatis L | non] nec K 11 erit] est BCDEFLM | exsistentia] essentia FL | aliqua] alia E 12 qua] hoc *lin.* $F^1$ | inesse enti] *mg.* $G^2$ 13 vel] *lin.* $B^2$ *om.* E | perfectissimum] perfectum GHKM | perfectissimum vel optimum] o. vel p. DFM | Et] *lin.* $L^2$ *praem.* Item E | hoc] *add.* etiam D | sequitur] dicitur F 14 illam] aliam K | nomen] notum C | Deus] demonstratio DF | esse rationem] est ratio L | rationem *post* falsam F 15 ita] *add.* esse E | alicuius *om.* AG | quiditatis circumlocutivam] quiditas circumlocutiva A | entitatem quiditative] q. e. FH 16 Sed] Et BE | demonstratio] est C | concludens] concludans H | primum] primo E 17 particularis] particulare K | non – per] *mg.* $E^2$ | Igitur] *add.* omnis ABDEF 18 ista] illa K 19 sicut *om.* BE | medio] conclusioni GHK 20 est ante] non est G | illam] istam F illa G | numerus] *add.* in communi DF | esse] est L 21 Igitur] *add.* ista F | erit] est CDFLM | tota] tunc BE | prior *om.* G | erunt *post* scientiae A essent L 22 et] alia E *add.* aliae DF | tres] *lin.* $B^2$ *om.* E | speciales] specialia E

Omnis passio disiuncta inest communi primo et de omni – sed non praecise ut commune sed ut in pluribus; sic: ens primum vel secundum, quia entia sunt ordinata; igitur aliquod ens est primum. Sed si vis habere passionem disiunctam, da medium ad probandum omne ens esse primum vel secundum. Negabitur, si negetur ordo. Per quid probatur ordo nisi per speciales quiditates et ita non per ens? Ordo etiam praesupponit multitudinem. Per quid probatur multitudo de entibus?

157 Aliter vero datur medium sic. Hoc non negatur: omne ens est primum vel non-primum. Ultra: hoc ens – ut lapis – non est primum, ergo est non-primum. Omne ens non-primum praesupponit ens primum. Sed unde hoc? Hoc enim ex primitate debet probari. – Dicetur quod primae passiones entis sunt indemonstrabiles et propositiones immediatae.

158 Quomodocumque sit de hoc, si de ente primo ostendatur aliqua passio specialis, puta 'unum' vel 'sapiens', si non ponatur transcendens, videbitur exire metaphysicam, quia praesupponit cognitionem quiditatum specialium quarum haec sunt.

159 Unde eiusdem scientiae est demonstrare passionem communem et simplicem convertibilem cum subiecto, et passionem disiunctam convertibilem cum subiecto, et alteram partem illius passionis disiunctae de subiecto, demonstratione particulari. Et ideo ipsius metaphysicae est demonstrare passiones entis, ut unum, verum etc. de ente, si possunt demonstrari de eo, et primum vel secundum de ente, et esse primum de ente. Demonstrare vero aliquid de Deo, ut Deus, et de

---

1 disiuncta] distincta H *not.* secundum alias: distincta K | inest] in eo E | primo] *ante* communi BE prius H | et de omni *om.* K | de *om.* DG | sed] et A 2 commune] *lin.* $E^2$ omne H | $ut^2$ *om.* A | sic] *lin.* $G^2$ sicut E | ens] est *lin.* $B^2$ 3 aliquod ens] e. a. A | ens est] est ens G | primum] *ante* ens BE | si *om.* E 4 disiunctam] distinctam CGHK definitivam L | probandum] *add.* quod A | omne ens] e. o. F 5 si] sed K *add.* (*lin.* $E^2$) enim $DE^2F$ | probatur] probabitur DFGHK 6 nisi] *lin.* $D^2$ | etiam] enim H' igitur M *restit. lin.* $H^2$ 7 Per] Propter E | quid] quod C quem DF 8 Hoc] Haec A | negatur] negetur GH | ens] esse G 9 Ultra] *praem.* Et A | ut] id est F illud G' *restit. lin.* $G^2$ 10 est non] non est FGKLM *add.* ens A | Omne] *add.* autem A *add.* enim K | ens non] n. e. D | ens primum] p. e. E 11 hoc] hic H *add.* est E | enim] non *lin.* $B^2$ *om.* E | debet] oportet G | Dicetur] *add.* enim F 12 quod] *lin.* $M^2$ | et] *add.* sunt C 13 immediatae] *add.* Dei K 14 Quomodocumque] Quidquid L | primo *om.* GHK | ostendatur] ostenditur A *add.* prima K 15 aliqua passio] p. a. K | puta *om.* G *add.* verum vel F | unum] omnium G' *restit. lin.* $G^2$ | si non] Deum G | ponatur] ponitur BCGKL 16 transcendens] *add.* non E | videbitur] videtur AF | quia] quae AD 18 Unde – scibilium] *text. sign. mg.* Extra (*fin.* n. 159) $B^2$ | passionem *om.* F | communem] conclusionem G 19 $et^2$ – subiecto *om.* BC | disiunctam] distinctam GHKM definitivam L *not.* distinctam secundum alias vel disiuncte K 20 cum *om.* H | illius passionis] p. i. K 21 disiunctae] distinctae GHKLM discretae C 22 passiones entis] e. p. A | unum] *add.* et GHK 23 eo *om.* B *add.* vel (alias F) habet de eo DF 24 Demonstrare] Demonstrari E | Deo ut Deus] *mg.* $E^2$ | Deus] Deo B | $de^3$ *om.* H



aliis substantiis separatis considerare secundum se, ad aliam scientiam particularem pertineret quantum est ex parte scibilium.

[49] Contra: finis cognitionis metaphysicae est cognitio entis in summo, et hoc est in primo ente; ergo ad metaphysicum pertinet de primo ente considerare. – Item, felicitas est in actu cognoscendi metaphysicali et sapientiali, ex X *Ethicorum*[244], et est in cognitione primi entis, ergo etc. 160

Ideo vitando quattuor esse scientias speculativas, et hanc ponendo de Deo, omnia naturaliter cognoscibilia de ipso sunt transcendentia. Finis huius est perfecta cognitio entis, quae est cognitio primi. Sed primo occurrens et notissimum intellectui est ens in communi, et ex ipso probatur primitas et alia, in quibus est consummatio. 161

Notandum vero pro demonstratione demonstrante passionem disiunctam de subiecto aliquo, quod correlativa aliqua – ut causa et causatum, prius et posterius – ex praemissa quae dicit unum illorum inesse alicui, sequitur alterum inesse alii, non de exsistentia sed de esse quiditativo. 162

Notandum etiam quod naturalis demonstrat aliquod movens esse primum, et ex illa ratione ostensa in se vera, movens primum ostenditur immobile, incorruptibile etc. Igitur metaphysica et naturalis scientia sunt de eodem per accidens. Sed de Deo est naturalis magis per accidens, quia summa descriptio ad quam pervenit de ipso quasi remotior est a quiditate Dei quam summa metaphysici. Sicut illa 163

---

1 separatis] *mg.* $E^2$ *om.* B | considerare] consideratis B consideratas E' *restit. mg.* $E^2$ *om.* HM | aliam – scibilium] *mg.* $K^2$ 2 particularem *om.* $K^2$ | pertineret] pertinet (*mg.* $K^2$) $FGHK^2$ 3 cognitionis] *ante* finis GKL | entis] entitatis CGHKL 4 ergo] sicut L 5 considerare] *ante* de A | cognoscendi] considerandi A 6 metaphysicali] intellectuali G | et *om.* K | ex *om.* G 7 entis] entitatis E 8 Ideo] Item CE | esse scientias] s. e. CDLM 9 Deo] *add.* et BE 10 cognitio entis] e. c. BE 11 primi] prima H | notissimum] notum B'DEFM nobilior *lin.* $B^2$ 12 et – consummatio] *mg.* $M^2$ | probatur] praedicatur D | primitas] *add.* (*lin.* $E^2$) unitas $DE^2$ *add.* et unitas F | est *om.* A 13 vero] *add.* quod EGM | pro] de G *om.* M | demonstratione] passione G 14 disiunctam] distinctam CGKLM | aliquo] *ante* subiecto F isto EH | correlativa] corporalia K 15 quae *om.* G | illorum] istorum F *om.* M 16 inesse] esse GK | alterum] aliud E *add.* illorum A | alii] alteri ABH | sed *om.* E 18 Notandum etiam] Et notandum H 19 et – primum *om.* C | ex] de AGHK | illa] ista F | ostensa] *mg.* $E^2$ | se] re M | vera] natura D 20 ostenditur] subiectum K' *restit. mg.* $K^2$ | immobile] *add.* et DEF | metaphysica et naturalis] n. et m. F 21 Sed *om.* F | Sed – accidens] *mg.* $E^2$ *om.* K | est naturalis] a naturali A 22 quia] *add.* maior et H 23 metaphysici] metaphysica HK | illa] ista F

[244] **Aristot.**, *Eth. Nic.* X c. 8 (AL $XXVI^3$ 358-360; K c. 7, 1177*a* 12-*b* 13); X c. 10 (AL $XXVI^3$ 362-363; K c. 8, 1178*b* 7-32); X c. 11 (AL $XXVI^3$ 364; K c. 8, 1179*a* 22-32).

scientia est per accidens de homine, quae est de ipso in quantum complexionatus, ut medicina respectu illius quae esset de ipso in quantum homo. Tamen conclusiones eaedem de eodem realiter, quod est 'primum ens', possunt probari per medium metaphysicum et physicum, sicut 'terra rotunda' per medium naturale et mathematicum. Et illa conclusio dicenda est metaphysica et naturalis, vel simpliciter talis, quale est medium immediatius sive magis per se respectu eius. Sicut 'terra rotunda' simpliciter est naturalis, quia medium propter quid simpliciter est naturale; medium mathematicum non est propter quid. Sed quis probabit quod idem est primum movens et primum ens? Metaphysicus in IV *Metaphysicae*[245]: 'Si idem homo et homo albus' etc. ‖

1 accidens] *add.* magis A | ipso] illo A se ipso K 2 ut] sicut H | illius] istius F | quae] qui L | ipso] homine BE 3 homo] huiusmodi A | realiter quod est] B' inter quas est esse *mg.* B² 4 medium *om.* A 5 sicut] *mg.* L² *add.* quod A | medium *om.* A | et] *lin.* M² 6 illa] ista G | metaphysica] metaphysicalis B mathematica E | metaphysica et naturalis] n. et m. F | vel *post* simpliciter BE et M *om.* A | simpliciter *om.* A 7 talis] tale E *om.* A | quale] qualis E | immediatius] *add.* sive perfectius F | magis *om.* E 8 Sicut] *add. lin.* illa B² | terra] *add.* est BEH | simpliciter] semper CEM | medium] *mg.* K² 9 simpliciter – quid] *rep.* M | medium] *add.* autem AH 10 quis] quia G | probabit] probat G | primum] principium H 11 Metaphysicus] *mg.* H¹ | in *om.* AGHKL | homo albus] a. h. A | etc. *om.* DH *adnot.* explicit quaestio prima F

[245] **Aristot.**, *Metaph.* IV t. 12 (AL XXV² 69; Γ c. 4, 1007*a* 11): "Nihil enim obest esse idem et hominem et album et alia mille in pluralitate".